




INSCRIPTIONVM

LATINARVM SELECTARVM

AMPLISSIMA COLLECTIO.

VOL. III.

INSCRIPTIONVM

LATINARVM SELECTARVM

AMPLISSIMA COLLECTIO

AD ILLVSTRANDAM

ROMANAE ANTIQVITATIS

DISCIPLINAM ACCOMMODATA.

VOLVMEN TERTIVM

COLLECTIONIS ORELLIANAE SVPPLEMENTA

EMENDATIONESQVE EXHIBENS

EDIDIT

GVILIELMVS HENZEN.

ACCEDVNT

INDICES RERVM AC NOTARVM QVAE IN TRIBVS VOLVMINIBVS INVENIVNTVR.

TVRICI

TYPIS ORELLII, FVESSLINI ET SOCIORVM.

MDCCCLVI.

Prostat Romae apud Iosephvm Spithöver,
in platea Hispanica n. 55-56.

BARTHOLOMAEO BORGHESIO

Ingenti Latinarum, quae post editam collectionem Orellianam lucem viderant, inscriptionum numero ipse iam Orellius c. m. v. inductus est, ut in supplementum operis volumen tertium praepararet, cuius vix quintum folium prelo mandatum erat, quum auctor morte abreptus est. Ita autem novum volumen instituerat, ut titulos ex libris recentiorum, Gervasii, Kellermanni, Lerschii, aliorum excerptos sine ullo ordine eodem modo conscriberet, quo in ultimum ipsius collectionis caput Analecta quaedam congesserat et ipsa ex libris desumpta, quorum serius ei copia facta erat. Qua ratione scribenti quidem commoda ac facillima, lecturis vero quam maxime incommoda utilitatem operis valde imminutum iri, ipse vir doctus mirum est quod non perspexit. Quum igitur post mortem eius librarii editores collectionis Orellianae continuandum opus mihi demandassent, ut partem typis descriptam rescinderent, facile ab iis impetravi, ipse vero in libro adornando ita versatus sum, ut priorum voluminum rationem ubique secutus meos equidem titulos per eadem capita atque Orellius disponerem. In monumentis tamen deligendis raro tantum magnis inscriptionum corporibus usus sum. Quamquam enim, si novum omnino delectum instituere, vel alteram operis Orelliani editionem parare licuisset, permultis eorum inscriptionibus ab Orellio praetermissis me locum daturum esse haud infitias ibo, nihilo tamen minus ea potissimum operis suscepti ratio esse debebat, ut titulis ab illo collectis monumenta adiungerentur recens effossa vel divulgata, vel quae melius exscripta et illustrata maioris nunc quam antea momenti esse viderentur. Quum enim corpora, de quibus dixi, inscriptionum et quae alia ante Orellium opera epigraphica conscripta sunt, in plerisque bibliothecis

publicis facile inveniantur, monumenta nostra aetate reperta maiore saltem ex parte in ephemeridibus, academiarum et societatum actis, multis denique libellis singularibus dispersa latent, ex quibus non sine magno labore ac taedio conquirenda et denuo quasi effodienda sunt. Quapropter non exiguam utilitatem artis epigraphicae studiosis me allaturum esse sperabam, si his potissimum colligendis, disponendis, explicandis operam navassem. Praeterea autem, quae monumenta correcta vel rectius illustrata esse inveni, ea quasi nova essent, recipere non dubitavi. Neque tamen propositum ita tenui, ut nunquam ab eo discederem; immo recepi, si quod monumentum vidi ab Orellio omissum, quod rem quandam declarare videretur, cuius novum testimonium mihi certe in promptu non erat. Sed caute ea licentia utendum esse credidi, ne inscriptionibus satis notis librum implerem, librariorum quoque utilitati consulturus, quippe qui, studiis epigraphicis paucos inter nostrates operam dare, nec multa libri exempla vendituros se esse rati, opus ea condicione mihi tradidissent, ut eos tantum titulos reciperem, quibus maxime opus esset, neve ultra certum quendam modum fines libri extenderem.

In colligendis autem inscriptionibus, quae post editam collectionem Orellianam publicatae sunt, et adiutus sum et impeditus propria copiarum natura, quae Romae mihi praesto erant: nam affluebant quidem Italorum libelli, nec deerant, quae in Germania huius generis monumenta publici iuris facta sunt. At Britannorum, Gallorum, Hispanorum libri fere omnes Romae frustra quaeruntur. Ea enim bibliothecarum Romanarum condicio est, ut vetustioribus quidem libris optime instructae omnibus paene recentioribus omnino careant, commercium autem librarium ita in Italia languet, ut, quod olim de Lugduno Plinius, idem nunc de Roma aliquis credere possit. Nam *bibliopolas Romae non esse* facile putaveris, si nullum me repperisse didiceris, qui celeberrimum Alphonsi de Boissieu de inscriptionibus Lugdunensibus librum e Gallia mihi afferendum curasset. Iam vero in extrema illa librorum inopia singulari Mommsenii amicitia quam maxime adiutus sum, quippe qui, sicut Romae commorans, quae per Italiam vel ipse monumenta

exscripserat vel e libris excerpserat, summa mecum liberalitate communicare solebat, ita postea quas novas uudecunque praestantiores inscriptiones acceperat, descriptas mihi statim transmiserit, quare si non ita multos titulos memoria digniores in libro meo desiderari iudicaveris, id magna ex parte Mommsenio scias tribuendum esse. Ipse praeterea, quum anno 1851 Berolini commorarer, in bibliotheca regia ex multis recentibus, quos Romae deesse noveram, libris, ephemeridibus, societatum actis monumenta epigraphica diligenter excerpsi.

Collectis vero novis inscriptionibus partem tantum operis me perfecisse credidi: restabat altera pars, ut titulos ab Orellio propositos examinarem, in sinceritatem inquirerem,, veram lectionem investigarem, adnotationes denique viri doctissimi perpenderem. Licet enim Orellium de crisi epigraphica optime meritum esse satis constet, quum multis quidem titulis falsitatis notam apposuerit, multa falsariorum nomina notaverit, haud paucas tamen inscriptiones aperte spurias ut genuinas collectioni suae inseruit, spurias contra iudicavit genuinas nonnullas sive adhuc superstites, sive a viris fide dignissimis olim exscriptas. Neque fieri poterat, quin Orellius utpote sola librorum ope munitus, artis autem lapides exscribendi et imperitus et negligens (cuius rei luculentissimum testimonium inscriptiones praebent Helveticae, quas facile, si voluisset, ipse potuisset exscribere), parum accurate nonnunquam inscriptionum textum constitueret, e variis lectionibus minus rectam eligeret, de auctorum fide male iudicaret. Quae quum ita essent, non ingratum viris doctis laborem me suscepturum esse credebam, si praeter supplementa libro Orelliano corrigenda quoque adiungerem, quamvis pauca illa quidem et inordinata, qualia in schedis meis adnotaveram. Neque enim omnia me correxisse praedico, quae corrigenda apud Orellium exstant, nec dubito, quin ego quoque interdum sincerum monumentum spurium, spurium sincerum declaraverim. Id quod eos facile condonaturos esse scio, qui quamvis paullulum his litteris studii impenderint. Delectus enim plane purgatus omnibusque numeris emendatus nisi explorata antea et examinata omni re epigraphica institui nequit; quare merito fortasse mihi crimini da-

bitur, quod ante editum Corpus inscriptionum Latinarum universale hunc librum publici iuris fecerim. Quo autem tempore opus equidem inchoavi, verendum erat, ne Corpus illud, si omnino in lucem proditurum esset, incerta atque infirma librorum potissimum auctoritate niteretur. Sperabam igitur, si multis exemplis allatis malam eorum condicionem viris doctis probassem, in ipsum Corpus inscriptionum utilitatem quandam inde redundaturam esse. Postquam vero Mommsenius corpore praeclarissimo inscriptionum Neapolitanarum edito omnibus persuasit, nec sufficere libros ad veras titulorum lectiones restituendas, et ubique semper ad fontes, ut ita dicam, ultimos redeundum esse, academia autem regia scientiarum Borussica in corpore inscriptionum Latinarum adornando eius consilia et rationem plane adoptavit, nihilo minus opus meum paene absolutum neque abiiciendum neque in occulto relinquendum esse censui, si quidem haud paucos annos transituros esse patet, priusquam magnum illud inceptum ad finem perduci poterit; immo, librum meum, qualiscunque est, pro tempore certe subventurum esse spero desiderio eorum, qui arti epigraphicae et Romanarum antiquitatum scientiae operam dant.

In inscriptionibus vero a me propositis licet, quantum fieri poterat, versuum distributionem, interpunctionem verborum, nexus, sicubi erant, litterarum accurate indicaverim, in corrigendis tamen titulis Orellianis aliter versatus sum; nam fines libro positos transgressus essem, si omnes illas minutias corrigere voluissem, praesertim quum opus ipsum eorum magis usui destinatum esse constet, qui antiquitatum, quam qui rei epigraphicae studio dediti sunt. In illis autem, quas dixi, minutiis epigraphicis quam socordes editores vetustiores fuerint, vix est quod moneam; hic ipsum Orellium notare liceat non sine arbitrio interdum falsas potius cogitationes suas, quam testimonia auctorum secutum esse, quippe qui e. g., ubicunque *i* simplex pro duplicata in monumentis obvia est, altiore litterae figura id indicandum esse censuerit. — Sicut autem ubique ea modo proposui, quae maxime necessaria videbantur esse, ita in commemorandis quoque inscriptionum editionibus de consilio saepe eas omisi, quas postea correctas esse cognoveram.

Neqne reprehensurum me quemquam esse opinor, quod nomina praetermiserim scriptorum illornm, qui de rebus municipalibus Neapolitanorum libros conscripserunt, quorum monumenta omnia nunc apud Mommsenium leguntur, neminem negligentiae accusari sciens, qui Gruterum et Muratorium quam fontes horum laudare maluerit. Illos igitur tum solum nominavi, quum aut ad interpretationem monumenti aliquid contulerant, aut lectio eorum a textu Mommseniano ita differebat, ut pro certo diiudicari non posset, quae vera lectio esset. — Eandem porro legem adducendis variis lectionibus posui, quas silentio praetermisi, quoties sive ipse titulum denno exscripsi, sive a teste quodam fide digno exemplum eius emendatum accepi. Ceterum ipsa natura libri nova praecipue documenta complexi ea est, ut rarius variae lectiones exhibendae sint. — In adnotationibus rationem Orellii ego quoque adoptavi.

Indices denique quum in libro Orelliano magna cum negligentia conscriptos esse experientia saepe edoctus essem, molestum ultra modum et diuturnum laborem suscepi, ut novis tria volumina indicibus instruerem. In quibus conficiendis egregium Mommsenii in Inscriptionibus Regni Neapolitani exemplum ita secutus sum, ut, quae indoles diversa libri mei postulabat, immutarem, adderem, omitterem. Et omisi quidem indices nominnm et cognominum, quibus librum meum minus egere clare apparet; nam praecipuus eorum usus is est, ut in magnis inscriptionum collectionibus singuli tituli facilius reperiri possint. Opus autem Orellianum quum, ut antea dixi, non tam artis epigraphicae, quam antiquitatum Romanarum studiosis destinatum sit, rerum indicibus quam maxime accuratis indigere, nominum vero indice carere posse concesseris. Neque in indice geographico luculentum Mommsenii exemplum imitatus sum. Quamvis enim indicem, qualem Mommsenius composuit, utilissimum lectoribus esse ego certe libenter agnoscam, diversa tamen operum Mommseniani et Orelliani condicione efficitur, ut illius ratio huic parum convenire videatur; nam Mommsenius quum civitatum nominibus magistratus, sacerdotia, cetera notabilia, quaecunque in monumentis epigraphicis reperiuntur, adiungit, quasi perfectam quandam singularum civitatum imaginem nobis reprae-

sentat; Orellius contra quum his illis civitatum inscriptionibus selectis universam rem municipalem illustrare studeat, in indice quoque geographico disiectas tantum et sparsas notitias exhibere poteram. — Indices porro rerum publicarum, militarium, municipalium, sacerdotalinm ita institui, ut neglecto etiam ordine litterarum in modum repertorii singulas res disponerem. Notarum vero indicem Orellianum ita retinui, ut corrigerem, quae minus recte in eo explicata, adderem, quae in tertio volumine adiuncta sunt, neque tamen nisi in rarioribus omnes locos recenserem, quibus alicuius rei mentio exstat, immo notas minus raras allatis quidem nonnullis locis illustrarem, maxime autem communes verbo tantum indicarem.

Librum ita institutum quum duobus abhinc annis plane absolutum librariis tradidissem, paucis post mensibus in lucem eum proditurum esse certo sperabam, haud ignorans valde deminutum iri utilitatem eius, si non statim publici iuris fieret. At nescio quibus difficultatibus impedita tam lente procedebat typothetarum opera, ut mense demum Martio anni 1855 ultima inscriptionum plagula typis expressa esset. Tum indices certe vulgaribus litteris describendos brevi terminatum iri ratus, quum haud pauca interim monumenta publicata, nonnullas vero etiam opiniones meas correctas esse intellexissem, *addenda et corrigenda* conscribere institui, ne nimis imperfectum opus lectoribus traderetur. Sed ne tum quidem melius res processit; immo typorum, ut videtur, angustiis impediti librarii tardius etiam, quam antea, operi insistebant, quo factum est, ut ne altero quidem anno praeterlapso misellus liber meus lucem vidisset. Id quod plenius hic propterea enarrandum esse credidi, ut indigestam supplementorum molem lectoribus excusarem. Iam enim altera appendice opus erat, qua tituli quidem recens editi continerentur, errores autem in ipso libro postmodum deprehensi indicarentur et corrigerentur. Qua ratione nemo est qui non perspiciat, quam incommodus et impeditus fieri debuerit usus libri sua ipsius natura iam satis superque incommodi. Hunc ut, quantum licebat, faciliorem redderem ac magis expeditum, ipsam potius appendicem anno priore typis impressam rescindendam ac novis

supplementis auctam denuo imprimendam curavi. Quum vero neque numeros immutare titulorum, qui in priore quidem appendice propositi indicibus iam suis locis indicati erant, neque in indices typis mandatos inscriptiones recipere liceret recens additas, has equidem litteris Graecis distinctas inter priores inscriptiones inserui, indicem autem earum singularem indicibus generalibus adiunxi. Qua ratione hoc saltem obtinui, ut lecturis pro duabus appendicibus unam tantum perlustrasse sufficiat.

Iam vero duobus viris publice gratias agere liceat, quorum nomina in unaquaque prope operis pagina laudanda erant, Borghesio artis epigraphicae facile principi, qui summa, qua in omnes est, liberalitate inde a primo tirocinio studiis meis epigraphicis semper favit, sciscitantem edocuit, errantem correxit, et Mommsenio amicissimo, quem optime ipsum quidem de libro meo meruisse ante exposui, cuius autem magna inscriptionum Neapolitanarum sylloge quantopere auctus et adiutus sim, ex ipso libro clare apparebit. Accedit, quod una cum Baitero v. c. laborem improbum et taedii plenum plagulas typis descriptas corrigendi in se suscepit; qua oblata occasione opera mihi certe gratissima Baiterus paucis quidem locis doctas suas adnotationes adiunxit, Mommsenius autem plurimos ita corrigere, restituere, explicare conatus est, ut saepissime verum eum vidisse, semper docti aliquid et ingeniosi proposuisse libenter agnoscam. Praeter hos haud pauca debeo Brunnio familiari nuper coniunctissimo, qui monumenta in peregrinationibus suis descripta mihi semper utenda permisit; Joannes vero Baptista de Rossi, vir scientiae epigraphicae in primis peritus, cum Mommsenio nunc in corpore Latinarum inscriptionum adornando sodalis mihi exoptatissimus, inceptum et consiliis suis et monumentis communicatis fovere et adaugere nunquam destitit. Laudo denique Cavedonium virum doctissimum, qui quaecunque ad marginem collectionis Orellianae adnotaverat, exscripta mihi transmisit, quae sicubi nova mihi erant et antea ignota, addito nomine eius in librum recepi.

Superest, ut virorum doctorum indulgentiae librum commendem, quem multis emendationibus egere neque ignoro neque

unquam negabo. Qui autem sententiam de eo laturus est, eum meminisse velim, quam incerta adhuc et ubique sparsa documenta epigraphica sint, quam difficilis investigatio eorum, iudicium autem de sinceritate quam arduum. Unum hoc addere placet de titulis, quos nonnullis locis invenies repetitos, quorum plurimos emendatos esse facile animadvertes, alios vero non correctos eadem negligentia denuo prolatos, qua tot titulos apud Orellium bis obvios esse omnes scimus. De qua negligentia viros doctos spero clementer iudicaturos esse; nam vix credo plane eam evitari posse, nisi omnibus inscriptionibus per ordinem geographicum dispositis.

Scribebam Romae kal. Maiis anni 1856.

AUCTORES PRAECIPUE ADHIBITI.

Acta litteraria Musei nationalis Hungarici, Budae 1818, 4.

Album, giornale letterario e di belle arti, Roma, inde ab anno 1834.

Aldini, gli antichi marmi comensi figurati e letterati, Pavia 1834, 4.
sulle antiche lapidi ticinesi, con appendice sopra un' epigrafe di Casteggio, Pavia 1831, 8.

Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung, Wiesbaden 1827 seqq.

Annali dell' Instituto di corrispondenza archeologica, Roma 1829 seqq.

Antologia di Firenze.

Antologia romana, Roma 1774—1797.

Archaeologia, or miscellaneous tracts relating to antiquity published by the society of antiquaries, London.

Archaeologia Aeliana, or miscellaneous tracts relating to antiquity published by the society of antiquaries of Newcastle upon Tyne, Newcastle 1822, 4.

Archeografo triestino, raccolta di opuscoli e notizie per Trieste e per l'Istria (dal dott. Domenico de Rossetti), Trieste 1829—1837, 4 voll. 8.

Archiv für Geographie, Geschichte, Staats- und Kriegskunst, herausgegeben von Jos. Frhr. v. Hormayr, Wien 1810 seqq. 4.
für Kunde Osterreichischer Geschichtsquellen, Wien 1851 seqq.
für vaterländische Geschichte und Topographie, herausgegeben von dem historischen Vereine für Kärnthen, 1849 seqq.

Archives du département du Rhône, Lyon 1825 seqq.

Arneth, Beschreibung der zu dem k. k. Münz- und Antiken-Cabinet gehörigen Statuen u. s. w. Inschriften, 4. Aufl., Wien 1850, 8.
Beschreibung der zu dem k. k. Münz - und Antiken - Cabinet gehörigen Römischen Meilensteine, Wien 1845, 8.
Zwölf Römische Militär-Diplome, Wien 1843, 4.

Arundell, discoveries in Asia minor, London.

Asquini, la giardiniera suonatrice, ossia illustrazione di un antico sepolcro, Verona 1830, 4.

Atti della pontificia Accademia d'archeologia, Roma 1821 seqq. voll. 1—13.

Avellino, osservazioni sopra un' epigrafe del R. Museo Borbonico, in cui si fa menzione di C. Eprio Marcello, Napoli 1831, 4.
osservazioni sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti sulle mura di Pompei, Napoli 1841, 4.
opuscoli diversi Napoli t. I, 1826. t. II, 1833. t. III, 1836.
plurimas praeterea dissertationes eius habes in Bullettino Neapolitano, nonnullas in Bullettino Instituti archaeologici.

Becker, die R. Inschriften im Gebiete der Stadt Frankfurt a. M., 1855, 8.

Berbrugger, notice sur les antiquités romaines d'Alger, Paris 1845, 8.

Bertoloni, sopra il carbon fossile di Caniparola in Lunigiana e sopra alcune iscrizioni lunesi (cum epistola Borghesii), S. Marino 1829, 8.

Bertolotti, viaggio in Savoia, ossia descrizione degli stati oltramontani di S. M. il re di Sardegna, Torino 1828.

Boissieu (Alphonse de), inscriptions antiques de Lyon reproduites d'après les monuments ou recueillies dans les auteurs, Lyon 1846 seqq. 4. (ipsum librum non vidi).

Borghesi, B.: *innumerae viri summi dissertationes per Acta academiae pontif. archaeol.; Annales, Bullettinum, Memorias Instituti archaeol. Romani; Acta Arcadum (Giornale arcadico); Bullettinum Neapolitanum; alios multos Italorum libros sparsae sunt, quarum singulas recensere opus non est, cum ipsi libri sua loco laudentur. — Separatim edidit:*
dissertazione sulla gente Arria Romana, pubblicata dal dott. Gio. Labus, Milano 1817, 8.
Nuovi frammenti di fasti consolari capitolini, Milano 1818. 1820, 2 voll. 4.
Memoria sopra un' iscrizione del console L. Burbuleio Optato Ligariano, Napoli 1838, 8.
Praeterea separatim nonnunquam sequentes eius dissertationes citavi:
Osservazioni numismatiche, Decadi, Giorn. Arcad. 13—18. 25. 26. 28. 36. 64. 83.
sull' ultima parte della serie de' censori romani, Atti dell' Accad. pontif. d'archeol. VII, 1836, p. 121 seqq.
nuovo diploma militare dell' imperatore Traiano Decio, ex iisdem X, 1842, p. 125 seqq.
dichiarazione d'una lapida Gruteriana, per cui si determina il tempo della prefettura di Pasifilo e l'età di Palladio Rutilio Tauro, Memorie dell' Accademia di Torino t. XXXVIII, 1835.
sopra Valeria Massimilla, moglie dell' imperadore Massenzio, Antologia italiana t. XVIII, p. 36.
sull' opera intitolata Codex Inscriptionum Rheni, dello Steiner, Annali dell' Inst. archeol. 1839, p. 128 seqq.
sopra una iscrizione del Museo Campana, Saggiatore, Roma 1844, fasc. 9 e 10.
sulla iscrizione perugina della porta Marzia, Archivio storico ital. vol. XVI.

Boyer, D. Joaquin Maria, noticia historico-artistica de los Museos del eminentissimo señor cardinal Despuig, existentes in Mallorca, Palma 1846, 8.

Brighenti, illustrazione dell' arco d'Augusto in Rimini, Rimini 1825, 8 (cum epistola Borghesii).

Bulletin de l'Académie de Bruxelles.

Bullettino dell' Instituto di corrispondenza archeologica, Roma 1829 seqq.

Bullettino archeologico Napolitano, pubblicato da Fr. M. Avellino, Napoli 1843—48, 4.

Nuova serie, pubbl. dal P. Raff. Garrucci e G. Minervini, 1852 seqq. 4 (nunc continuat solus Minervinius).

Cabral e del Re, delle ville e de' più notabili monumenti antichi di Tivoli, Roma 1779, 8.

Capialbi, Vibonensium inscriptionum specimen, Neapoli 1845, 8.

Cardinali, Clemente, Diplomi imperiali di privilegj accordati a' militari raccolti e commentati, Velletri 1835, 4.

multae praeterea dissertationes eius insunt in Actis pontif. Acad. archaeol. et in ephemeridibus Romanis, quibus nomen est Memorie d'antichità e di belle arti.

Cavedoni, Dichiarazione degli antichi marmi modenesi, Modena 1828, 8.

Notizia e dichiarazione di un diploma militare, Modena 1832, 8.

Indicazione antiquaria del R. Museo Estense del Cataio, Modena 1844, 8.

dell' antica via romana che da Modena metteva ad Ostiglia. Estratto dall' Indicatore Modenese, anno II, n. 7; cf. n. 12.

Multa eiusdem scripta exstant in Annal. et Bull. Instituti archaeol. et ephemeridibus Mutinensibus, quae dicuntur Memorie di religione ecc.

Caumont, Bulletin monumental publié sous les auspices de la société française pour la conservation et la description des monuments nationaux, Caen.

Chassot de Florencourt, Beiträge zur Kunde alter Götterverehrung im Belgischen Gallien und in den rheinischen Grenzlanden, Trier 1842.

Clarac, Musée de sculptures.

Corpus Inscriptionum Graecarum.

Cortés y Lopez, Diccionario geogr. hist. de la España antigua, Madrid 1835, 3 voll. 4.

Costanzo, de, disamina degli scrittori e de' monumenti risguardanti S. Rufino, con appendice delle iscrizioni romane della città e vicinanza d'Assisi, Assisi 1797, 4.

Denkschriften der k. k. Academie der Wissenschaften, Wien 1850 seqq.

Effemeridi letterarie di Roma, Roma 1772 seqq. deinde 1820—1833.

Effemeridi letterarie fiorentine.

Excursions dans l'Afrique septentrionale par les délégués de la société établie à Paris pour l'exploration de Carthage, Paris 1837, 8.

Excursions in the Mediterranean, v. Temple.

Exploration de l'Algérie; sections des Beaux arts et de l'Archéologie (vidi partes ante a. 1851 publicatas).

Fea, Miscellanea philologica, critica et antiquaria 1790, 8.
frammenti di fasti consolari, Roma 1820, 4.
Alia eius scripta continent Bull. Inst. Arch. et Acta Acad. pontif. archaeol.

Féaussac, Bulletin des sciences historiques: antiquités, philologie, 19 voll. 1824—1831, 8.

Furlanetto, G., le antiche lapidi del Museo d'Este, Padova, 1837, 8.
le antiche lapidi patavine, Padova 1847, con un volume di tavole incise in rame.
interpretazione e supplimento di un' antica lapida romana trovata presso Jesolo, Venezia 1842, 4 (Memorie dell' I. R. Istituto Veneto, vol. I).

Garrucci, P. Raff, antichità de' Liguri Bebiani, Napoli 1845, 8.
Monumenta rei publicae Ligurum Baebianorum, Romae 1846, fol.
intorno ad alcune antiche iscrizioni di Salerno, Napoli 1851, 8.
piombi antichi raccolti dal Card. Altieri cet., Roma 1850, 4.
classis praetoriae Misenensis cet. monumenta, Neapoli 1852, 4.
tre sepolcri con pitture ed iscrizioni appartenenti alle superstizioni pagane del Bacco Sabazio e del persidico Mitra, Napoli 1852, 4.
praeterea passim in Bulletino Neapolitano.

Gazzera, Cost., di un decreto di patronato e clientela della colonia Giulia Augusta Usellis cet., Torino 1830, 4. Exstat etiam in Memorie della R. Accad. delle scienze a Torino 1831, t. XXV, p. 1.
del ponderario e delle antiche lapidi Eporediensi, Torino 1852, 4.

Gerhard, Ed., Archaeologische Zeitung, Jahrg. I—IV, Berlin 1843—1846. — Neue Folge Jahrg. V—VI. 1847. 1848. — Denkmäler und Forschungen, Jahrg. VII seqq., 1849 seqq.

Gervasio, Agostino, osservazioni intorno alcune antiche iscrizioni che sono o furono già in Napoli, Napoli 1832, 4.
osservazioni sopra un' iscrizione sipontina, ibd. 1837, 4; ed. 2. 1851, 4.
osservazioni intorno a due iscrizioni messinesi, ibd. 1840, 4.
oss. sull' iscr. di Mavorzio Lolliano, ibd. 1846, 4.
oss. intorno alla iscrizione puteolana de' Luccei, con un' appendice su' pretori e i dittatori municipali, ibd. 1851, 4.
intorno all' iscrizione onoraria di C. Celio Vero cet., ibd. 1852, 4.
oss. sul monumento sepolcrale di Gavia Marciana scoperto in Pozzuoli, ibd. 1853, 4.

Giornale arcadico di scienze, lettere ed arti, Roma.

Giornale di Perugia, 1834 seqq.

Giovanelli, Beiträge zur Geschichte von Tyrol und Vorarlberg.
über die in der k. k. Bibliothek zu Innspruck befindliche ara Dianae, Botzen 1824.

Göttling, fünfzehn Römische Urkunden auf Erz und Stein, Halle 1845, 4.

Gough, Rich., W. Camden's Britannia translated from the edition published by the author in MDCVII, enlarged by the latest discoveries, 2d edition in 4 voll. fol., London 1806.

Guarini, R.: *omnia, quae edidit, monumenta habes in Mommseni Inscriptionibus Regni Neapolitani Latinis.*

Guattani, Monumenti sabini, Roma.

Guida del forestiere al Museo d'antichità di Bologna, Bologna 1814, 8.

Hamilton, Researches in Asia minor, London 1842, 2 voll. 8.

Hand, antiquae inscriptiones Latinae, progr. univ. Jenae 1849.

Hefner, Jos. v., die kleinen inschriftlichen antiken Denkmäler der k. vereinigten Sammlungen und des Antiquarium's zu München. Oberbair. Archiv VII.

die Römischen Denkmäler Oberbaierns, ibd. III et VI.

die Römischen Denkmäler Salzburg's: Denkschriften der k. k. Akad. der Wissenschaften zu Wien, philos.-hist. Cl. I, p. 459 seqq.

Römische Inschriften mit Bemerkungen, Abhandl. der Münchener Akad. d. W., philos.-hist. Cl. V, 2, 1849.

Hodgson, a topographical and historical description of the county of Northumberland, London 8.

Huschke, Ph. E., T. Flavii Syntrophi instrumentum donationis ineditum, Breslau 1838, 4.

Jahn, O., specimen epigraphicum, Kiliae 1841, 8.

Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande, Bonn 1842 seqq.

Jahrbücher, Wiener, nebst Anzeigeblatt, 1818 seqq.

Jahresberichte des historischen Vereines der Pfalz, Speier 1842, I. 1847, II.

Janssen, Musei Lugduno-Batavi inscriptiones Graecae et Latinae, Lugduni Bat. 1842, 4.

de Romeinsche Beelden en Gedenksteenen van Zeeland, Middelburg 1845.

Jeantin, les chroniques de l'Ardenne et des Woëpures, t. I, Paris et Nancy p. 567.

Journal of British archaeological association.

Journal des Savants.

L'Istria, Trieste 1846—1851 (ed. P. Kandler).

Kandler e Sforzi, esplorazioni d'antichità nella città e nell' agro tergestino, Trieste, s. a.

Kellermann, Vigilum Romanorum latercula duo Coelimontana, Romae 1837, 4.

eiusdem scripta varia v. in Annalibus et Bullettino Inst. Arch.

Laborde, Alex. de, Voyage pittoresque et historique de l'Espagne, Paris 1806—1812, fol.

Labus, Gio., dissertazione epistolare intorno l'antico marmo di C. Giulio Ingenuo, Milano 1827, 8.

Museo della R. Accademia di Mantova, descritto ed illustrato, Mantova 1832, 4.

Museo Bresciano illnstrsto t. I, 1844.

Marmi antichi Bresciani (*cuius operis utilissimi minorem modo partem Labusius edidit morte abreptus*).

antica Romana via del Sempione nuovamente osservata ed illustrata con monumenti contemporanei (nelle Memorie dell' I. R. Istituto Lombardo I, 1843, p. 1 seqq.).

monumenti antichi nnmismatici ed epigrafici scoperti in Canturio, s. a.

alcuni monumenti epigrafici gentileschi e cristiani scoperti nell' insigne basilica di S. Simpliciano (Giornale dell' I. R. Istitnto Lombardo t. III, 1842).

Lanza, F., antiche lapidi salonitane, Spalato 1848, 8; ed. 2. Zara 1850, 8.

Lersch, L., Centralmuseum rheinländischer Inschriften, Bonn 1839—1842, 8.

cf. *praeterea Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande.*

Letronne, J., Inscriptions grecques et latines de l'Égypte, Paris 1843, 4.

varia eius opuscula insunt in ephemeridibus Revue archéologique, Journal des Savants cet.

Lopez, M., lettere intorno alle ruine di un antico teatro scoperto in Psrma, Parma 1847, 8.

Lysons, S., reliquiae Britannico-Romanae, containing figuring of roman antiquities discovered iu varions parts of England, London 1816, 6 voll. fol.

Marchi, G., Monumenti primitivi delle arti cristiane, Roma, 4.

Marini, G., lettera al Rmō P. abate D. P. M. Rosini, Roma, 1796, 4.

Marmora, A. della, voyage en Ssrdaigne: II partie, Paris 1840, 8.

Martelli, le antichità de' Sicoli, Aquila 1830.

Massmann, J. F., libellus aurarius, sive tabulae ceratae in fodina anraria Transylvaniae repertae, Lipsiae 1841, 4.

Melchiorri, G., appendice agli Atti Arvali di G. Marini, Roma 1855, 4 (opns postumum).

Mémoires et dissertstions snr les antiquités nationales et étrangères, publiés par la société royale des sntiqusires da France, Paris 1817 seqq., 8.

Mémoires de l'académie du Gard, Nîmes (?).

Mémoires de la société des antiquaires du midi de la France, Toulouse, 8.

Mémoires de la société des antiqnaires de l'Ouest, Poitiers, 8.

Mémoires des antiqnaires de Picardie.

Mémoires présentés à l'academie des belles lettres, Paris.

Mémoires de l'Institnt royal de France, Psris.

Mémoires de la société royale académique de Savoie, Chambéry.

Memorias de la R. Academia de la historia, Madrid, 4.

Memorie della R. accademia di Torino.

Memorie dell' Instituto di corrispondenza archeologica, Roma, 3 fasc. 1829 seqq., 8.

Memorie romane d'antichità e di belle arti, Roma 1824 seqq., 4 vol. 8.
Millin, A. L., voyage dans les départements du midi de la France, Paris 1811, 5 voll. in 8.
Minervini, G., v. Bullettino Napolitano.
Mommsen, Th., Inscriptiones regni Neapolitani Latinae, Lipsiae 1852, fol. (*quum in hoc opus omnes inscriptiones Neapolitanae receptae sint, singulos auctores Neapolitanos hoc quidem loco recensere opus non erat, nisi quid ad explicanda monumenta contulissent.*)
Epigraphische Analekten 1—27, *in ephemeridibus quibus titulus:* Berichte der Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, Leipzig 1849—1852, 8. *In iisdem plures eiusdem dissertationes insunt epigraphicae.*
Römische Urkunden, in Zeitschrift für gesch. Rechts-Wissenschaft, vol. XV, fasc. 3.
Die Stadtrechte der Latinischen Gemeinden Salpensa und Malaca in der Provinz Baetica, Leipzig 1855, 8. ex Abhandl. der k. Sächs. Ges. d. Wissensch., vol. III, p. 361—488; Nachtrag p. 489—507.
Cf. Annali et Bull. Inst. archaeol.; Bull. Napol.; Rhein. Museum; Zeitschrift für Alterthumswissenschaft.
Mozzetti, Ferd., delle officine porporarie di Truento, Teramo 1836, 8.
Muchar, A. v., Geschichte der Steiermark, Gratz 1844 seqq., 8.
Muletti, memorie storico-diplomatiche appartenenti alla città ed ai marchesi di Saluzzo, t. 1—6, 1829—1833.
Museo Borbonico, Napoli 1824 seqq., 4.
Museo Bresciano, Mantovano, v. Labus.
Museum, Rheinisches, herausgegeben von F. G. Welcker u. Fr. Ritschl, Frankfurt 1842 seqq., 8.
Newton, ex inscriptionibus excerpta de Britannia (ex monum. hist. Brit. vol. I).
Nibby, A., Analisi storico-topografico-antiquaria della carta de' dintorni di Roma, Roma 1837, 3 voll. 8.
(*in libro meo hoc opus plerumque laudatur nomine Nibby, Dintorni.*)
Novelle letterarie pubblicate in Firenze (ed. Lami), 1740—1792.
Orelli, J. C, analecta epigraphica, in indice lectionum, Turici 1838, 4.
Orti, G., antichi monumenti del giardino Giusti, Verona 1835, 4.
gli antichi marmi alla gente Sertoria spettanti, Verona 1833, 8.
l'antico marmo di Valerio Nasone, Verona 1836, 8.
di un antico monumento de' tempi romani che trovasi nella terra delle stelle presso Verona, Verona 1848, 8.
Osann, F., Sylloge inscriptionum antiquarum Graecarum et Latinarum, Lipsiae et Darmstadii 1834, fol.
Overbeck, J., Katalog des königl. rheinischen Museum's der vaterländischen Alterthümer, Bonn 1851, 8.
Pelet, A., inscriptions antiques que renferme le cavaedium de la porte d'Auguste, Nîmes, 8.
Petrini, memorie prenestine, Roma 1795, 4.

Ramelli, Camillo, cenni storici sopra Tufico, Sanseverino 1848, 8.
monumenti mitriaci di Sentino, Fermo 1853, 8.

Renier, L., in Archives des missions scientifiques et Revue archéol.
Mélanges d'épigraphie, Paris 1854, 8.
Inscriptions romaines de l'Algérie, Paris 1855 seq., fol. (vidi fasc. 1—3).

Revue archéologiqne, Paris 1844 seqq., 8.

Revue de philologie, Paris 1845 seqq., 8.

Ronchini, cenni intorno ad nn' antica iscrizione ecc., Parma 1842, 8.

Rossi, G. B. de: *multa eius scripta exstant in Annalibus et Bullett. Inst. Archaeol., nonnulla in Bull. Neapol. et in Actis Arcadum; separatim laudavi:*
le prime raccolte d'antiche iscrizioni compilate in Roma, Roma 1852, 8 ex Giornale arcadico 127 et 128.
l'iscrizione della statua ristahilita di Nicomaco Flaviano seniore, Roma 1849, 8. ex Annal. Inst. Arch. vol. XXI.

Saggiatore, giornale romano cet. 1844 seqq. ed. A. Gennarelli.

Sarti et Settele, ad Philippi Laurentii Dionysii opus de cryptis Vaticanis appendix, Romae 1840, 4 gr.

Schmidl, Oesterreichische Blätter, Wien 1846. 1847.

Schoenwisner, in Romanorum iter per Pannoniae ripam cet. commentarius geographicus, Budae 1780, 2 voll. 8.

Seidl, G., archaeologische Funde in Oesterreich von den Jahren 1840—1846, in Schmidl, Oesterr. Blätter, Wien 1846. 1847.
epigraphische Excnrse, in Anzeigebl. d. Wiener Jahrbücher 1843 seqq.
Chronik der archäol. Fnnde in der Oesterr. Monarchie, in Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen.

Spano, G., Bullettino sardo, Cagliari 1855, 8 (vidi fasciculos 1—12).

Stälin, Würtemhergische Geschichte, Stuttgart 1841, vol. 1.

Stancovich, delle tre Emone ecc., Venezia 1835, 8.

Steiner, codex inscriptionnm Romanarnm Rheni, Darmstadt 1837, 2 voll. 8; editio aucta neqne tamen melior sub titulo: codex inscriptionum Romanarum Danubii et Rheni, Seligenstadt inde ab anno 1851.

Stuart, R., Caledonia Romana, a descriptive account of the Roman antiquities of Scotland etc., Edinburgh 1845, 8 gr.

Taillefer, antiquités de Vesone, 1821.

Temple, Sir Grenville, Excursions in the Mediterranean, London 1835, 2 voll. 8.

Tonini, L., Rimini avanti il principio dell' era volgare, Rimini 1848, 4.

Vernazza, Romanorum litterata monnmenta Albae Pompeiae, Aug. Taur. 1787, 8.

Viola, Stanislao, Tivoli nel decennio dalla deviazione del fiume Aniene nel traforo del monte Catillo, Roma 1848, 8.
antichi monumenti seritti tiburtini, Roma 1850, 8.

Visconti, E. Q., monumenti Gabini della villa Pinciana, Roma 1797, 8.

Vodnik, Mittheilungen für Krain, 1848 seqq.
Witte, C., de Tergestino lapide epistola ad D. Ruselli, Vratislaviae 1832, 4.
Witte, J. de —, mémoire sur l'impératrice Salonine, Bruxelles 1852, 4.
Wordsworth, Inscriptiones Pompeianae, or specimens and facsimiles of ancient inscriptions discovered on the walls of buildings at Pompeii, London 1837, 8.
Zanoonati, Goida d'Aqoileia.
Zeitschrift für Alterthumswissenschaft, Darmstadt 1834—1842; Marburg 1843 seqq.
Zeitschrift des Vereins zur Erforschung der rheinischen Geschichte und Alterthümer in Mainz, Mainz 1845 seqq.
Zeitschrift für geschichtliche Rechtswissenschaft, Berlin.
Zeitung, archäologische, v. Gerhard.
Zell, C., Elogia veterum Romanorum, Stuttgart 1847, 8.
Handbuch der Römischen Epigraphik, Heidelberg 1850 et 1852, 2 vol. 8.
Zumpt, C. Th., decretum municipale Tergestinum cet., Berolini 1837, 4.
Zumpt, A. W., de Lavinio et Laurentibus Lavinatibus commentatio epigraphica, Berolini 1845, 4.
de Augustalibus et Seviris Augustalibus commentatio epigraphica, Berolini 1846, 4.
commentationum epigraphicarum volumen I, Berolini 1850, 4, voll. II. ibd. 1854.

Ad artis criticae lapidariae supplementum pauca equidem addenda habeo. De Antoninio, Corsignanio, Lupulo, Pollidoro, Romanellio, ceteris Neapolitanis, qui falsa vel finxerunt vel divulgarunt, cf. Mommsenium accuratissime disputantem in Inscriptionibus Regni Neapolitani Latinis, ubi auctores praecipue adhibitos recenset (p. XVII seqq. et passim). — Eundem cf. de schedis Gudii Guelferbytanis op. cit. p. XVIII. — Phoebonium idem ab iniusta Hagenbuchii (p 60) censura defendit I. N. p. 290, et Taulerum a suspicionibus Orellii (p. 64) vindicat, p. 238.

Falsariis Romanis adde Gallettium, qui in diario suo lapidario plurimos titulos spurios exhibet, ex quo in Donatianam collectionem transierunt. Ipsum diarium repperit nuper v. cl. de Rossi et, quae antea de titulis in eo obviis dubitationes viris doctis ortae erant, eas plane confirmavit. — De Aegidio Tschudio inscriptionum Helveticarum interpolatore disputavit Mommsen. *Epigr. Analekten* 19 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 202); de spuriis inscriptionibus Smolocennensibus Jaumanni ibd. 18, p. 188 seqq.

INSCRIPTIONVM LATINARVM

CAPVT I.

GEOGRAPHICA.

---

§. 1. VRBS AETERNA.

N. 2 praeter neglectas formas litterarum, distributionem versuum, compendia verborum recte apud Orellium legitur: exemplum autem accuratissimum habes apud Sarti et Settele, appendix ad Dionysii opus de cryptis Vaticanis, p. 95.

N. 9 et 10. Tertium *canaliclarii* exemplum v. n. 6785.

N. 15. Inscriptionem Graecam in eodem lapide exaratam v. C. I Gr. 5884; sed temere Franzius vocem KAICAPI excidendam esse indicat: annus enim indicatur 205, quo Antoninus Aug. II et Geta Caesar consules processere.

N. 19 ex antiquissimo Signorilii apographo apud Mazocchium (fol. XIII) quidem conservato, sed corrupto, rest. de Rossi (*Giorn. Arcad.* 1852, t. 127) *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* p. 51: IMP . NERVA . CAESAR . AVG*ustus* . *germanicus* . PONT . MAX ‖ TRIB . POTEST II(I ?) . IMP . II . COS . IIII . (PROCOS (?), *p. p. aedem . mi*NERVAE . FECIT.

N. 22, v. 5. DIANA (sic); v. 6 post NOV nihil deest. Vidi ipse in Museo Capitolino.

N. 24. Probianus praefectus urbi a. 416; cf. Marini, I. A. p. 44; Kellermann, apud Orellium, Anall. epigr. p. 34.

N. 25, v. 2, l. cos. DESIGN sine lacuna; vidi in porticu tabularii.

N. 27, v. 1. C. LEPIDIVS; cf. Mommsen, Inscr. Neap. 6850.

N. 29, v. ult. TANTIS OPERIBVS legit Anon. Einsiedl.

N. 31. DE . S . S, et in fine EIDEMQVE . PROBAVIT; N. Signorili, apud de Rossi, l. l. p. 101. In exemplo superstite est *de s*EN . SENT. Cf. 3267.

N. 39 accuratius descripta versibusque distinctis exstat apud Feam, *frammenti di Fasti* p. 77; vidi ipse in Mus. Vat. Corrige in exempli Orelliani vv. 5 et 12: CL; 10, 15, 20: EXSTRVAT cet.; v. 19. SEIO; v. 20. COLVMNA (sic) CENTENARIAE; v. 23. DOMINI; v. 24. ADSIGNARI; v. 25. CETERORVM; v. 26. SEPT et ISDEM.

N. 41 legitur in eadem tabula cum n. 2437; Mommsen, I. N. 6851.

N. 42 v. n. 6057.

N. 49, v. 1. interpretare: *Iovi O. M. Heliopolitano*; v. 6. SACERDOTE; denuo legitur n. 1712. Ipse vidi in hortis Vaticanis.

N. 50. Q . LEPIDVS . M . F . M . LOLLIVS . M . F . COS cet. et ab altero latere: M . LOLLIVS . M . F . Q . LEPI . . . . . COS cet. De Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 62, qui vidit; cf. Mommsen, *Epigr. Anal.* n. 17, ex *Berichte d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 320; Nibby, *Roma antica*, p. 174. In fine ex altero latere pro IDEMQVE PROBAVIT legitur EIDEMQVE PROBAVEIT.

Regio II.

5077. ISIDI · REGINAE · ‖ PRO · SALVTE · ET · INCOLVMITA-TE ‖ IMPP · CAESS · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PER‖TINACIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · ‖ MAXIMI · ET ‖ M · AVRELII · ANTONINI · PII · FELICIS ‖ AVG · [· BRITT · MAX ·] ‖ PRINCIPIS · IVVENTVTIS · ET ‖ IVLIAE · AVG · MATRIS · AVG [N]

ET · ‖ CASTROR · ET [· SENATVS · ‖ ET · PATRIAE ·][1] ‖ L · CEIVS · L · FIL · PRIVATVS · ‖ QVOD · CVM · EXAMPLIARETVR ‖ BALNEVM · SVB · PRINCEPS ‖ VOVERAT · PRINCEPS · CASTR · PEREGRINORVM ·[2] V · S · L · M — Basis marmorea, rep. prope *S. Mariae in Navicella*, in Monte Coelio. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 3.

1) Quae uncis inclusi, in litura reposita sunt. Erasa enim post nomen Antonini Pii Felicis Augusti vocabula ET . GETAE . NOB . CAES; deinde pro *Aug. n.* olim in lapide erat AVGG, pro *senatus* autem *et patriae* FVLVIAE . PLAVTILLAE . AVG. 2) De militibus peregrinis et frumentariis eorumque praefecto et centurionibus cf. quae exposui Bull. Inst. Arch. 1851, p. 113 sqq.

Regio V.

5078. L · CORNELIVS · L · L · PHILARCVR[1] ‖ FANNIA · Ↄ · L · ASIA ‖ FANNIA · Ↄ · L · SVRA · MATER ‖ P · AQVILLIVS · P · ET · FANNIAE · L ‖ APRODISIVS · DISSIGNATOR ‖ MAG · VICI · A · FORO ESQVILIN ‖ FANNIA · Ↄ · L · HELENA — Rep. in Via Praenestina, exstat Romae ad D. Pauli. *Nov. lett. Fior.* 1786, p. 295; corr. Brunn.

1) i. e. *Philargyrus*.

5079. VLPIO · EVTYCHETI NEGOTIANTI ‖ CAS · PR ·[1] VLPIA SECVNDINA CONIVGI ‖ ET FILI VLPIVS SECVNDINVS ET VL‖PIA IVLIA ET VLPIA SECVNDINA ET ‖ VLPIVS IVSTVS PARENTI DVLCISSI‖MO COMPARAVERVNT ET SIVI ET SVIS ET ‖ LIBERTIS LIBERTABVSQVE *poste*‖RISQVE EORVM QVO*rum me*‖MORIA — Romae, in coemeterio D. Agnetis. Ex schedis Borghesii, cui dedit P. Marchi.

1) CAS*tris* PR*aetoriis*.

5080. DIS · MAN ‖ Q · FABIO ‖ THEOGONO ‖ PIGMENTARIO ‖ NEGOTIANTI · ESQVILIS ‖ ISDEM ·[1] AD · STATVAM ‖ PLANCI[2] ‖ FABIA · NOBILIS ‖ PATRONO · OPTIMO · ET ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ DE · SE · PIISSIMO ‖ FECIT ‖ ET · SIBI — Romae. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 178, 15.

1) i. e. *idem*. 2) Fortasse L. Munatius Plancus (Matranga l. l.), cuius monumentum Caietanum v. n. 590.

Regio VI.

5081. *Thermae felices Constantinianae* commemorantur n. 6526.

Regio VIII.

5082. D · M ‖ L · MARCI · FORTVNATI ‖ NVMMVLARI ‖ DE · °BASILICA · IVLIA[1] ‖ QVI · VIXIT · ANN · XLIIII · MENS · III · DIEB ‖ XVIII · FECIT · MAR‖CIA · ZOE · CONIV‖GI · B · M · ‖ CVM · QVO · VIX · ‖ ANN · XXIII — Romae. Bull. Inst. Arch. 1850, p. 178, 12.

1) Cf. Grut. 340, 1.

5083. . . . . ‖ *deorum c*ONSENTIVM SACROSANCTA SIMVLACRA CVM OMNI LO*ci cultu* (?) ‖ . . . *v*ETTIVS · PRAETEXTATVS · · V · C · PRA*efectus urbi*[1] ‖ . . . . ‖ CV-

RANTE LONGEIO · · · · ‖ · · · · · · · · · · · — Romae, in epistylio porticus detectae sub tabulario a. 1835. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 34.

1) Vettius Agorius Praetextatus (cf. Grut. 309, 2, 3, 4; 310, 1; 486, 3; 1102, 2) urbi praefectus erat a. 367.

5084. M · ACILIO · M · F · CANIN . . ‖ Q · VRB ‖ NEGOTIATORES · EX · AREA ‖ SATVRNI — Romae, in Mus. Vat. ubi vidi; litterae satis vetustae sunt.

5085. · · · · · · ‖ · · · ANVS ‖ *post aedem* CASTORIS · DECVRIO ‖ · · · · · · · · INIANAE ‖ · · · · · *nice*PHOR · FABER · ARG · ‖ *ad vo*RTVMNVM [1]) ‖ · · · · VIXIT · CVM · SVIS ‖ · · · · A ‖ · · *phi*LEROS · F — Romae. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de cryptis Vaticanis appendix, Romae 1840, fol. p. 62.

1) Cf. Grut. 96, 3: „*Vortumnus temporibus Diocletiani et Maximini*, in basi marmorea eff. a. 1549 in vico Tusco inter columnas templi Iulii (quod Castorum nunc a plerisque creditur) aedemque D. Theodori, et clivum palatii maioris hortosque Consolationis"; Mommsen, Gerhardi *Arch. Ztg.* 1846, p. 227.

5086. P · SERGIVS · P · P · L ‖ DEMETRIVS ‖ VĪNARIVS · DE · VELABRO ‖ SERGIA · P · P · L · RVFA · VXOR ‖ P · SERGIVS · P · ET · Ɔ · L · BASSVS · ‖ ARBITRATV · RVFAE · VXORIS — Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 312, n. 12.

5087. C · CLODIVS · C · L · EVPHEMVS ‖ NEGOTIATOR · PENORIS ‖ ET · VINORVM ‖ DE · VELABRO · A · IIII · SCARIS [1]) ‖ ARAM · POSVIT · SIBI ‖ CONSECRAVIT ‖ DEDICAVITQVE ‖ LIBERTISQVE · SVIS ‖ POSTERISQVE · EORVM — Romae, in Museo Lateranensi. Bull. Inst. 1849, p. 57.

1) Cf. *aquam cernentem quattuor scaros sub eadem*, in Curioso Urbis et Notitia, ubi etiam Preller (*Reg.* p. 151) *Scauros* legit.

5088. De locis, quibus in Capitolio tabulae, quae dicuntur honestae missionis, affigebantur, disputavit Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 119 sqq., qui haec recensuit: IN CAPITOLIO · POST · AEDEM · IOVIS · O · M · IN BASI · Q · MARCĪ · REGIS PR, tab. aenea reperta in vico Geiselbrechting Bojoariae superioris, ed. Föringer, *Oberb. Archiv.* vol. IV. 1843, et vol. VI, 1845 (v. n. 6858); IN · CAPITOL · AD · LATVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRISECVS, Arneth, *Militardipl.* L, p. 27 (n. 5407.); IN · CAPITOLIO · IN · BASI · COLVMNAE · PARTE · POSTERIORE · QVAE · EST · SECVNDVM · IOVEM · AFRICVM, l. l. IV, p. 39 sqq. (n. 5430); IN CAPITOLIO IN ARA GENTIS IVLIAE, Cardinali, Dipl. II = Or. 737; IN CAPITOLIO AD ARAM, Card. op. l. III = Marini, Arv. p. 450 cet.; IN CAPITOLIO · IN · PODIO · ARAE · GENTIS · IVLIAE · LATERE · DEXTRO · ANTE SIGNVM · LIB · PATRIS, Card. IV = Marini, Arv. p. 460 cet.; IN CAPITOLIO · AD ARAM · GENTIS · IVLIAE · DEFORAS · PODIO · SINISTERIORE, Card. V = Grut. 573, 1 = Marini, Arv. p. 454, cet.; IN CAPITOLIO · INTRO · EVNTIBVS · AD SINISTRAM · IN MVRO · INTER DVOS · ARCVS, n. 5418 = Card. VI = Arneth III. IV; IN CAPITOLIO · AEDIS · FIDEI ·

POPVLI · ROMANI · PARTE · DEXTERIORE, Card. I = Mar. Arv. p. 448, Or. 2652 cet.; IN CAPITOLIO · POST AEDEM FIDEI P · R· IN MVRO, Arneth VI = n. 5428; INCAPITOLIO POST TROPAEA (*Germanici*) *quae sun*T AD AEDEM FIDEI P · R ·, Card. VII = Marini, Arv. p. 456, cet. Ad haec adde ex tabula in Dacia reperta atque in Bull. Inst. Arch. 1848, p. 24 edita pleniorem huius loci indicationem: IN CAPITOLIO POST · TROPAEA GERMANICI · IN TRIBVNALI QVAE SVNT · AD AEDEM FIDEI P R (v. n. 5433).

Regio IX.

5089. AVSTORIBVS [1]) IN CVPA · · VNA · NVMM · XXX · ‖ TABVLARIIS IN · SINGVLIS · APOCIS NVMM XX · ‖ EXASCIATORI IN CVPA VNA NVMM · X ‖ FALANCARIIS [2]) QVI DE CICONIIS [3]) AD TEMPLVM CVPAS ‖ REFERRE CONSVERVNT NVMM ····‖ CVSTODIBVS CVPARVM ······ ‖ DF (sic) AMPVLLIS · PLACVIT VT POST DEGVSTATI*onem* ‖ POSSESSORI REDDANTVR ‖ PROFESSIONARIIS DE CICONIIS STATIM VT AD*VENERET* [4]) ‖ VINVM IN VNA CVPA *NVMM · CXX* — Rep. Romae; nunc maior pars exstat in R. Musco Neapolitano, minor principia continens versuum 1—4 in Mus. Vat. — Marini, *Giorn. Pisano* XVI, p. 192; Kellerm. Vig. nota ad 300; corr. Mommsen, I. N. 6830. Quae inclinatis litteris exhibentur, hodie desiderantur.

1) l. c. *haustaribus* K. 2) *phalangarii* geruli enat, qui phalangis onera gestant; Id. 3) Locus notae regionis IX *ad ciconias nixas* appellatus. 4) ADVENRRIT (sic) Marini ubi citat in Arv.; l. ADVEXERIT Mommsen.

5090. D · D · N · N · ARCADIVS · ET · HONORIVS · *invicti et* ‖ PERPETVI · AVGG · THEATRVM · POMPEI · *collapso* ‖ EXTERIORE · AMBITV · MAGNA · ETIAM · *ex parte* ‖ INTERIOR VIRTVTE · [1]) CONVVLSVM · *ruderibus* ‖ SVBDVCTIS · ET · EXCITATIS · IN VICE*m fabricis* ‖ *novis restituerunt* — Romae in theatro Pompeii. Anon. Einsiedl. L; Fabr. 678, 45; Mur. 465, 4; rest. Mommsen, *Epigr. Anal.* 14, in *Berichte d. K. S. Ges. d. W.* 1850, p. 307.

1) INTERIORE EX PARTE, Fabr.; INTERIORE . RVENTE, Mommsen.

Regio XI.

5091. A · FVFICIVS · A · L · ZETHVS ‖ MELLAR · A · PORTRIGEM [1]) ‖ SVLPICIA · P · L · SECVNDA ‖ A · FVFICIVS · A · ET · SECVNDAE · L ‖ PRIMIGENIVS · V · A · XVII — Romae. Sarti et Settele, de cryptis Vatic. p. 150.

1) Cf. Maff. M. V. 130, 5: *librarius ab extr. porta trigemina.*

Regio XII.

5092. CVCVMIO ET VICTORIA ‖ SE VIVOS FECERVNT ‖ CAPSARARIVS [1]) DE ANTONINIANAS [2]) — Romae. Marchi, *Mon. primit. delle arti cristiane* I, p. 27; Garrucci, *piombi* p. 47; vidi ipse in aedd. Chablais.

1) Pro *capsarius*; cf. *capsarara* Reines. XX, 268, qui male corrigendum censuit. 2) Sc. thermas.

5093. P · CACVRIVS · P · L · L ‖ PHILOCLES · AB ‖ ARA · MARMOREA[1]) ‖ CACVRIA · P · L · CALLIOPA ‖ MAELIA · GE · CACVRI · R · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. 1852, p. 312, n. 13.

1) Locus Urbis mihi quidem ignotus; cf. Fabr. 641, 357 (Or. 4224).

5094. C · SVLPICIVS · C · L · BATTARA ‖ NVMVLARIVS · A · MERCVRIO ‖ SOBRIO[1]) · ET · SVLPICIA · HILARI[2]) ‖ C · SVLPICĪ · BATTARAE · L — Romae in V. Latina. Exscr. mihique dedit de Rossi.

1) Locus Urbis ignotus. 2) HILARIs.

5095. L · POBLICIVS ‖ MONTANVS ‖ · · · CARIVS · AB ‖ *porta* *f*ONTINAL — SAFINIA ‖ ATTICE ‖ VXOR · EIVS ‖ VIX · AN · XXIV — Aquilae, rep. tamen Romae. Mur. 1727, 2; Mommsen, I. N. 6891.

5096. VIA CAMPANA v. in titulo n. 6660. — VIA LIGNARIA TRIVMPHALIS n. 6929.

5097. IMP · CAESAR · DIVI ‖ NERVAE · F · NERVA ‖ TRAIANVS AVG ‖ GERM · DACICVS ‖ PONT · MAX · TR · POT · XIII ‖ IMP · VI · COS · V · [1]) P · P ‖ AQVAM · TRAIANAM ‖ PECVNIA · SVA ‖ IN VRBEM PERDVXIT ‖ EMPTIS · LOCIS ‖ PER LATITVD · P · XXX — Prope *Conettam*, X m. p. a Roma in via ducente ad lacum Sabatinum. Fea, *Miscell.* II, p. 205; Acta Acad. Pontif. arch. IV, p. 174; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 220.

1) A. 862/3 = 109 vel 110. Hinc constat de aetate nummorum inscriptione AQVA TRAIANA insignium, quos inter vagos Eckhelius collegaverat (VI, p. 425); cf. Fea, l. l.

5098. TI · CLAVDIVS · DRVSI · F · CAESAR ‖ AVG · GERMANICVS · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POTEST · VI · COS · III · DESIGN · IIII · IMP · XII · P · P[1]) FOSSIS · DVCTIS · A TIBERI · OPERIS · PORTVS ‖ CAVSSA · EMISSISQVE · IN MARE · VRBEM ‖ INVNDATIONIS · PERICVLO · LIBERAVIT[2]) — Reperta a. 1836 ad portum Claudianum, ubi adhuc exstat. Act. Acad. Pontif. archaeol. VIII, p. 213 sqq.; cf. p. 259 sqq. Lapis ingens litteris magnis scriptus.

1) A. 799 = 46 p. C. 2) De portu Ostiensi ab imperatore Claudio facto cf. Suet. Claud. 20; Plin. N. H. XVI, 40, 76; Dio LX, 11; Quintil. II, 21.

§. 2. ITALIA.

N. 66, v. 6 interpretare *Quaestor*; cf. vol. II, p. 445.

N. 70. Versuum I. et 2. fragmentum continens nomina Manlii Acidini nunc in Museo Obitiano Cataii exstat; cf. Furlanetto, *lap. Patavine* n. LXXIII, qui ex scriptoribus patriis tituli sortem enarrat; v. ult. DEDVCVNDAE.

1) In his mendum inesse debet sive quadratarii, sive eius qui exscripsit. 2) ET sEMPER [malim ITEM . MOMMSEN] sentENTIAE DICVNDAE, vel simile aliquid Borghesius suspicatus est (l. l.); cf. *ornatus sententia IIvirali* n. 7047. 3) Verba *statuam aere collato*, ex altera inscriptione desumpta, hoc quidem loco stare non posse patet. Eo autem facilius in errorem scalptor induci poterat, quod v. 5. eadem, quae v. 17, verba antecedunt. Scribendum fortasse erat: *sacerdotalibus ab ordine col. Ulp. Oesce ornamentis honorato*; cf. vv. 18. 19. Vocabulum deinde *decretis* huic loco parum conveniens in v. 20. desiderari videtur; quod vero v. 20. legitur vocabulum *honorato*, ad v. 6. melius quadrat. Itaque ob similitudinem rerum et verborum ex altero titulo in alterum verba translata esse credo. 4) Colonias Poetoviounensem et Ratiariam a Traiano deductas esse hoc titulo primum cognovimus. 5 De Dacia divisa in *inferiorem* et *superiorem* v. ad n. 6919. 6) Municipium Romulense civitas Daciae, cui *Romulae* in Tab. Peut. nomen est. 7) cf. n. 5287. 5287a. 8) v. n. 4.

5281. T · EPPIO · T · F ‖ QVIR · LATIN ‖ IIVIRO · IVR · DIC ‖ MVNIC · *l*ATOB [1]) ‖ PROC ···· ARIS ‖ TRAIA ··· [2]) ‖ ADO ···· ‖ M · PR ·· AER ‖ P · D · D — Rep. ad confluentes fluminum *Gurk* et Savi, nunc in Museo Lubianensi. *Istria* VI, p. 151.

1) MVNICipium lATOBicorum, Kandlerus l. l. situm fuisse docet prope *Haselbach* ad Savum (cf. Forbiger, Geogr. III, p. 470) et diversum esse a *Praetorio Latobicorum*, hodie *Treffen*, vel ex Forbigeri sententia (p. 481) *Neustädtl an der Gurk*. 2) PROC(uratori) imp. caesARIS TRAIAni aug. Quae sequuntur, nimis mutila sunt, quam quae restitui possint.

5282. D · M · ‖ PONTIO LVPO · AVG · COL ‖ SISC · [1] SCRIBAE · ET · MVNIC*ip* · FAVS [2] ‖ PONTIA · VICTORINA · SOROR ‖ E*t* · DOMITIA · CRESCENS · A · D · E (?) — Sisciae (*Szissèg*). *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (Wiener Jahrbb. 1829 sqq.), n. 369. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47.

1) *Sisciae.* 2) Ignola Pannoniae civitas; cf. *civem Faustianum* natione Pannonium apud Marin. Arv. p. 269, et *oriundum ex Pannonia pede Faustiniano*, ibd. p. 634.

5283. IMP · CAES · P · LIC ‖ VALERIAN · P · F · ‖ AVG · P · M · TRIB ‖ POT · III · COS · [1] P · P ‖ PROCoS · ORD · ‖ Co · IPRA · D · · · ‖TVS [2] NVMINI ‖ EORVM — *Titel.* Hungariae, nunc *Pestini*. Mus. nat. Hung. p. 267, n. 49; Schoenwisner, It. Pann. II, p. 227.

1) I. COS . III; spectat enim ad annum 255, cf. Eckhel, VII, p. 377. 2) ORDo . COl . IPRAe . DevoTVS cet.; colonia antea ignota.

5284. ABERO · ET ‖ LIBERAE · SACR ‖ M · VLP · FRONTO ‖ AEMILIANVS · DEC ‖ MVN · CIB · [1] L · FEC — *Winkovcze* Croatiae. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 385; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47.

1) CIB*alis* Pannoniae inferioris nota municipium appellari.

5285. PRO SALVTE AVG ‖ GENIO FABRVM ‖ MARC AVR THIMON ‖ AVC COL ALT [1] ‖ MAG COL · S · S · [2] PE‖CVNIA SVA FEC ‖ L · D · D · D — *Deva* Transilvaniae, rep. Sarinizegethusae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 182.

1) Colonia *Alt* ... Daciae mihi quidem ignota; quapropter *Altinum* Pannoniae indicari puto; cf. Forbiger, III, p. 486. 2) MAG*ister* COLL*egii Supra Scripti*.

De provincia Dacia in duas, postea tres partes divisa cf. in capite de provinciis n. 6919.

5286. D M ‖ AVR · VICTOPINO (sic) ‖ MIL · COH · VI · PR NATI‖ONE · DACISCA REGIONE ‖ SERDICN (sic) [1] VIXIT · AN · XXX ‖ MIL IN LEGIONE · AN · VI · ‖ IN PR [2] AN · IIII *f*ECIT ME‖MORIA VALERIVS · AVGVS‖TVS · MIL · COH · VI PR FRATRI ‖ BENEMERENTI · *f*EC — Romae, in Mus. Vat. Corr. Kellerm. Vig. 162.

1) cf. nn. 3548, 5013, at Forbiger, Geogr. p. 1094. 2) IN PR*aetorio*.

5287. D · M ‖ M VLPIVS · LONGINVS ‖ EX DEC · V · ET · BVL · [1] TOMITAN ‖ SE · VIVO · SIBI · E VPIÆ · AQVLNÆ ‖ CONIVG · SVE MEMORIAM · FECIT ‖ IMPENDIO SVO — *Kostendschy*. Titulum facile restitui ex exemplis editis a Mercklin apud Gerhard, *Archaeol. Ztg.* VIII, p. 139, et Arneth, *Sitzungsberichte der Wiener Akad.* IX, 5, 1852, p. 883.

1) *Buleuta.* — Cf. quae de hac inscriptione ipse exposui, *Archaeol. Ztg.* VIII, p. 237 et IX, p. 395.

5287a. IMP · CAES · DIVI · TRA‖IANI · PARTHICI · F · DIVI‖ NERVAE · NEPOTI · TRAIAN ‖ HADRIANO · AVG · PONTI*f* ‖ MAX · TRIB · POT · XIII · [1] COS · III · P · P ‖ SENAT · POPVLVSQVE TOMITANORVM [2] — Ibd. Arneth, l. l. p. 885.

1) Ita restituit editor, qui exemplum sibi missum non edidit. 2) Ex restitutione eiusdem, quapropter dubitare licet de senatu Tomitano, collatis nn. 5280 et 5287.

5288. · · · ιTAS CALIAIIANC[1]) · · ‖ II COS CVRANT · · — Ibd. l. l. p. 140.

1) *civi*TAS CALLATIAN*Crum*, Mercklio, l. l.; cf. Forbiger, III, p. 1099.

5289. ORDINIBVS SCYTHICIS CVRAS ‖ QVI SVSTVLIT AEGRAS — Ibd. in basi statuae. l. l.

5290. IMP · CAESARE · T · AELIO · HADRIANO · ANTONI*no augusto · pio · pont · max* ‖ P · P · CIVITAS · ODESSITANORVM · AQVAM · NOVO · *alveo · indu*‖XIT · CVRANTE · T · VITRASIO · POLLIONE · LEG · A*ug · pr · pr*[1]) — *ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗι* ‖ *ΑΥΤοΚΡΑΤοΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ ΤΙΤΩΙ ΑΙΛΙΩΙ ΑΔΡΙΑΝΩΙ ΑΝΤΩΝείνῳ σεβαστῷ* ‖ *ΕΥΣΕΒΕΙ ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩΙ ΠΑΤΡΙ ΠΑΤΡΙδοΣ* ‖ *ἡ πόλις ὀδησσι*‖*ΤΩΝ ΚΑΙΝΩ ΟΛΚΩ Το ΥΔΩΡ ΕΙΣΗΓΑΓΕΝ ΠΡοΝοοΥΜΕνου τίτου οὐι-* ‖ *ΤΡΑΣΙοΥ ΠΩΛΛΙΩΝοΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤοΥ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑτήγου* — *Varnae. Istria* VI, p. 203. De situ Odessi cf. Forbiger III, p. 1100.

1) De Vitrasio Pollione cf. ad no. 3421 et 5477.

5291. · D · · M · ‖ VAL · SARMATIO · CIVIS · FILOPOPV- ‖ LETANVS · [1]) MILITABIT · IN LEGI‖ONE · PRIMA · ITALICA · ANNIS ‖ IIII · IN PRETORIA · [2]) ANNIS ‖ DVO · VIXIT · ANNIS · XXIIII · SVDI‖CENTIVS · FRATER · GENITIVS · FECIT ‖ MEMORIAM — Romae, in aedd. Rondaninianis. Mar. I, A. p. 92; corr. Kellerm. Vig. 299.

1) i. e. Philippopolitanus. 2) corr. PRAETORIO.

5292. C · VAL · C · F · BERTA · [1]) MENI‖ENA · CRISPVS · MIL · LEG · VIII ‖ AVG · AN · XL · STP · XXI · F · F · C — *Wiesbaden. Rhein. Jahrbb.* I, p. 82, 3; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 671.

1) Oppidum Macedoniae ad Strymonem situm; l. l.

5293. C · IVLIVS · DIZALAE · F ‖ FAB · GEMELLVS ‖ DOMO HERACLEA ‖ SENTICA[1]) ‖ VIX · ANN · XVIII · ‖ MILITAVIT · ANN · II · ‖ IN · COH · VII · PR — Romae in V. Salaria. Eph. litt. Flor. 1751, 389; Fea, *Miscell.* II, p. 111.

1) Sintorum in Thracia civitas; cf. Forbiger, III, p. 1068.

5294. Q · CAECILIO · C · F · METELO[1]) ‖ IMPERATORI · ITALICI ‖ QVEI · ARGEIS · NEGOTIANTVR — Argis. Grut. 377, 5; Ross, Inscr. Gr. n. 59; Lebas, *Inscriptions gr. et lat.* I, n. 123.

1) Macedoniam anno 663 rexit; Borghesius, Decad. XVI, 3.

5295. Q · MAARCIVM · Q · *f · regem*[1]) ‖ ITALICEI · [2]) QVEI · NEGOTIAN*tur argeis* ‖ *ΚΟΙΝΤΟΝ ΜΑΑΡΚΙΟν κοίν*‖*ΤΟΥ ΥΙΟΝ ΡΗΓΑ ΙΤΑΛικοὶ* ‖ *οἱ πραγματευόμενοι ἐν Ἄργει.* — Ibd. Lebas l. l. 124; minus bene C. I. Gr. 1137.

1) Cavedonius (Bull. Inst. Arch. 1845, p. 80, et *Annotazioni al C. I. Gr.* p. 47) dubius est, num consul sit anni 636, an 686. 2) Fortasse ITALICEIS, ut ex lectione C. I. Gr. Cavedonius eruit; l. l.

5296. *m · nonio · m · f* · BALBO · PRO · COS ‖ *commune* CRETENSIVM · PATRONO[1]) — Herculanei. Mommsen, I. N. 2405, rest.

ex 2407, quo praeter titulum PRO · COS etiam PRaetoris dignitas ei tribuitur.

1) Eidem statuas posuerunt gORTYNIEI, et coloniA . IVLIA . cnossus; l. l. 2408. 2409.

§. 8. ASIA MINOR. AEGYPTVS. AFRICA.

Nn. 517 sqq. nunc correctius leguntur in *Letronne*, *Inscriptions de l'Egypte*. N. 517, v. 2. FVLMINATAE; C . VALERIVS , > LEG; v. ult. IMP . N . XVII . KAL . APRIL . HOR . . .; l. l. tab. XXXII, 12; vol. II, p. 328.

N. 518, v. ult. AVDI; EGI GRATIAS BIS FELICITER, l. l. II, p. 384. In tabula autem verba EGI cet. ad alium quendam titulum spectant; tab. XXXIV, 4.

N. 519 ineunte, S ad nomen, quod praecedebat, pertinet; tab. XXXVI, 40.

N. 520 in. FVNISVLANA VETVLLA ‖ C LELI; v. 2. PRAEF; v. 3. AVDI MEMNONE; v. 4. PRID; v. 5. extr. A . . ., tab. XXX, 2.

N. 521, v. 1. > LEGIONIS; v. 2. pro DN l. IMP: l. l. tab. XXXIII, 24.

N. 522, v. 2. IMP . N . T . HATERIVS; tab. XXXI, 1.

N. 523 duo tituli distincti male coniungentur; corr. PETRONIVS MAMRNS ‖ PRAEF . AEG . AVDII MEMNONI ‖ VI IDVS MARTIAS ‖ SERVIANO III ET VARO COS ‖ HORA DIES ANTE PRIMAM, *pl.* XXXIV, *vol.* II, p. 375, et: HORAM CVM PRIMAM CVMQVE ‖ HORAM SOLE SECVNDAM ‖ PROLATA OCEANO LVMINAT ‖ ALMA DIES ‖ VOX AVDITA MIHI EST TER BENE ‖ MEMNONIA ‖ VIATICVS THERAeOS FECIT ‖ CVM AVDIT MEMNONEM XI K iVN SERVIANO III COS ‖ CVM ASIDONIA CALPA VXORE — tab. XXXV, 16; cf. vol. II, p. 377. — In titulo priore l. *Mamertinus*, qui Hadriano imperante Aegypto praefuit, Antonini Pii postea *praef. praetorio* (Or. 3422; Letronne l. l.). Huic epistola Frontonis p. 199 ed. Niebuhr scripta esse videtur. Antequam Aegypti praefectus esset, annonae eum praefectum fuisse ex Mur. Arv. p. 728 Letronnius apparere dixit, in quo fragmento nihil nisi PRAEF legitur. Titulus spectat ad a. 134.

N. 524, duae inscriptiones male coniunctae: CLAVDIVS MAXIMVS ‖ Leg . XXII AVDI ‖ MEMNONEM HORA I, cuius alterum exemplum ita conceptum est: CLAVDIVS MAXIMVS ‖ > LEG. XXII AVDIVI ‖ HORA PRIMA — et: CAMILIVS ‖ HORA PRIMA ‖ SEMIS AVDIVI ‖ MEMNONEM, tab. XXXIII, 23, 27, 28; cf. vol. II, p. 415 sqq.

N. 527. v. 4. AFRKA; v. 7. C . FL . IANVARIVS, *Revue Archéol.* VI, p. 234; cf. p. 321, ubi recte NAMGIDDE cognomen esse declaratur.

N. 529, de aera provinciae cf. ad n. 5337.

N. 530, v. 4. AEDILI . IIVIRO . . .; v. 7. ET IN CIVES; v. 9. COL . FVLVIA . CVRIBIS; Hefner, *Inschriften mit Bemerkungen*, *Algerien* XXXIII (*Münch. Akad.* V, 2). In tit. extr. explica Permissu Proconsulis; cf. Borghesi, Decad. X, 4, p. 20, et nostrum n. 6906.

5297. *ti · claudi*VS D*r*VS*i* F · CAESAR · AVGVSTVS ‖ . . . . . C VII (?) *pp a*QVAM · CIVITATI · SARDIANORVM ‖ *curante* TI · CLAVDIO · DEMETRI · F · QVIRINA · APOLLOD*oro* ‖ *τιβέριος κλαύδιο*ΟΣ *δ*ΡΟΥΣΟΥ ΥΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ‖ . . . . *ὕπα*ΤΟΣ . . . ΠΑΤΗΡ · ΠΑΤΡΙ*δ*ΟΣ · Τ*ὸ ὕδω*Ρ ΑΠΟ ΠΗΓΗΣ . . . ‖ . . . . . . ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗΣΑΝΤΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥ*δ*ΙΟΥ . . . — Sardibus. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 82.

5298. SYMPHOR*o*S ‖ ANTI*o*CHI · ‖ CAESAREVS · ‖ TRALLIANOS[1]) ‖ VIXIT · ANN · LXXX · V — Baris. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 106; Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 87; I. N. 613.

1) Trallibus Caesareae nomen fuisse hoc titulo primum, quod equidem sciam, apparet. [Nisi praestat semigraecum titulum accipere de *Καισαρείῳ*, id est servo Caesaris, Symphoro Antiochiano. Mommsen.]

5299. · · · · CCI · · · · · · IIIIL · · · · ‖ III · ID · MOPSVCRE-*Nen* ‖ PR · ID · PANHORMO*n* ‖ ID · OCT · ADAQ · CALIDA*s* ‖ XVII · K · NOV · IYNNAM (sic)[1] ‖ XVI · K · TYANA ‖ XV · K · NOV · AN-DAB*alin*[2]) ‖ XIIII · K · NO*v* · · · · — Romae, ad columbarium prope portam S. Sebastiani. *Arch. Ztg.* 1847, p. 192. Vidi ipse, et restitui.

1) corr. *Tynnam.* 2) Itinerarium Cappadociae hoc titulo contineri satis patet.

5300. D · M ‖ ANTONIAE · RVFFINAE NAT · CILICISSA · VIX · ANN ‖ L · IVLIVS · AMONIANVS · CONIVGI ‖ B · M · F — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 2963.

5301. IMP · CAESARI · NERVAE AVG ‖ P P · COS · II · CIVITAS · CITIENSIVM — Citii in insula Cypro. *Nov. lett. Fior.* 1787, p. 603.

5302. *cl*AVDIA · ASTER ‖ *hi*EROSOLYMITANA ‖ *ca*PTIVA · CVRAM · EGIT ‖ *ti* CLAVDIVS · AVG · LIBERTVS ‖ · · · · CVSVS ROGO VOS FAC · ‖ *prae*TER LEGEM NE QVIS ‖ *mi*HI TITVLVM EFFICIAT CV‖*ra*M AGATIS · VIXIT ANNIS ‖ XXV — In R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 6467.

5303. · · · · ‖ HARI ‖ FILIVS SVRRVS EX AFRGIONE[1]) DO-‖LICA VICO ‖ ARFARIS ‖ SILVA · V · S · MODESTO — Budae. Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 380.

1) corr. REGIONE.

Ex inscriptionibus statuae Memnonis adde sequentes:

5304. M · ANICIVS · T · F · VOL · VERVS · VIENNA ‖ · · LEG · III CYR · AVDI · MEMNONI VI IDVS ‖ NOVEMBR · ANNO III IMP · N · ET VII K IANVAR ‖ ET XVIII K FEBR ET IV NON *eius*DEM · ET · VI ‖ ID · ET · XIII K MART ET VII K MART ET XIII ID MAR ‖ ET · VII · IDVS IAN BIS ANNO IV IMP AVG ‖ ET V K MART ET VII IDVS AVDIM*us* ET ‖ VIII IDVS APRILIS ANNI EIVSDEM ITEM IV NON IVNIAS ANNI EIVSDEM — Letronne, *Inscr. de l'Egypte*, tab. XXXI, 3; vol. II, p. 335.

5305. IMP · DOMITIANO ‖ CAESARE · AVG · GERMANICO · XVII[1]) ‖ T PETRONIVS · SECVNDVS · PR · AEG ‖ AVDIT · MEMNONEM · HORA I PR · IDVS · MART ‖ ET · HONORAVIT · EVM · VERSIBVS · GRAECIS ‖ INFRA · SCRIPTIS ‖ *ΦΘΕΓΞΑΤΟ ΛΑΤΟΙΔΑ CON ΓΑΡ ΜΕΡΟC ωΔΕ ΚΑΘΗΤΑΙ* ‖ *ΜΕΜΝωΝ ΑΚΤΕΙCΙΝ ΒΑΛΛΟΜΕΝΟC ΠΥΡΙΝΑΙC* ‖ CVRANTE T · ATTIO MVSA PRAEF COH II THEBAEOR — l. l. tab. XXXII, 8; vol. II, p. 339.

1) a. 95.

5306. ANNO · VII · [1]) IMP · CAESARIS ‖ NERVAE · TRAIANI · AVG · GER · DACICI ‖ C · VIBIVS · MAXIMVS · PRAEF AEG · ‖ AVDIT MEMNONEM XIIII · K · MAR ‖ HORA · IIS · SEMEL · ET III · SEM*el* — l. l. tab. XXXI, 6; vol. II, p. 340.

1) a. 104.

5307. M · VLPIVS ANTIOCHIANVS ‖ PVLCHER · DOMO · HEMESA ‖ TRIBVNVS MIL · LEG · VII[1]) GEM · FEL ‖ ET · III AVG ·[2]) INSPEXI APRONIA‖NO ET PAVLLO · II · COS ·[3]) PR · IDVS ‖ NOVEMBR · FELICITER ‖ CVM · EPICTETO · ACTORI — Thebis in sepulcris regum. l. l. tab. XXVII, 74; vol. II, p. 270.

1) In imagine titali post LEG alia quaedam littera exstat forma litterae F simili. Notat tamen L. in epographo Wilkinsonii eam deesse; quae si re vera ibi sit, nihil alied esse posse nisi elteram G. 2) In imagine titeli errore eies, qui descripsit, legiter VII AVG. 3) a. 168.

5308. ANNIVS RVFVS 7 LEG XV ‖ APOLLINARIS PRAEPOSITVS AB OPTIMO IMP TRAIANO ‖ OPERI MARMORVM MONTI ‖ CLAVDIANO[1]) V · S · I · A — In monte Claudiano. Op. cit. tab. XV, 6; vol. I, p. 429.

1) Editor hoc titalo legionem XV tam in Aegypto fuisse comprobari putet; at saepe centuriones aliive principales a corporibus, quibus adscripti erant, disiecti operibus publicis praeponebantur; cf. Ann. Inst. 1843, p. 343 sq. Postea tribunos huic stationi praeerat, at Letronnius censat, constituta ibidem statione Fontis Traiani; cf. l. l. p. 426 sqq. et titulum sequentem.

5309. AN XII IMP NERVA TRAIANO ‖ CAESARE AVG GERMANICO ‖ DACICO ‖ PER SVLPICIVM SIMIVM[1]) ‖ PRAEF AEG — Ara, in cuius lateribus: *ΥΔΡΕΥΜΑ*[2]) *ΕΠΙΤΥΧΕΣΤΑΤΟΝ* ‖ *ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΔΑΚΙΚΟΝ*, et: FONS[2]) FELICISSIMVS ‖ TRAIANVS DACICVS. In plintho praeterea legitur: *ΚΗCωΝΙΟΥ* ‖ *ΜΑΛΛΙΤΗC* ‖ *ΑΜΜωΝΙC* — In monte Claudiano. Op. cit. tab. XV, 4; vol. II, p. 421; C. I. Gr. 4713c; cf. Or. 803.

1) Contra Labusium (*epigr. lat. scop. in Egitto* p. 100—102), qui *Similem* legendum deque Sulpicio Simili praef. annonae Traiani imperatoris cogitandum esse censuit, Letronnius et Franzius *Simium* tueri student, auctoritate nisi Gardneri Wilkinsonii, qui ipse titulum exscripsit. Praefecti vero annonae saepe ad praefecturam Aegypti promoti sunt, et *Simiae* formam potius praebet nominis gentilicii, quam cognominis; quapropter Labusii mihi certe magis placet sententia. 2) *Hydreumo* nomen haud rarem stationem Aegypti; cf. Letronn. l. l. et It. Ant.

5310. L · TREBONIVS ‖ ORICVLA · HIC · FVI ‖ C · NVMONIVS · VALA[1]) ‖ HIC · FVI ‖ IMP · CAESARE · XIII · COS[2]) ‖ A · D · VIII · K · APRILES · KIII[3]) — Philis. Op. cit. vol. II, p. 159. Est iam 4931.

1) Amicus Horatii (epist. I., 15), legatus Vari, quem cum reliquisset in fuga occisus est; Vell. Pat. II, 119, 4. 2) a. 752. 3) Hic numerus errore Gauii exemplo annexus, in ceteris exemplis deest

5311. A · TERENTIO · A · F · VARR ‖ MVRENAE[1]) ‖ PTOLEMAIEI · CYRENENS[2]) ‖ PATRONO ‖ *ΔΙΑ ΠΡΕCΒΕΥΤΩΝ* ‖ *ΠΤΟΛΛΑΜΜΩΝΟC ΤΟΥ ΑΠΕΛΛΑ* ‖ *CΙΜΩΝΟC ΤΟΥ CΙΜΩΝΟC* — Rep. Genzani, nunc Romae in lapidibus a Sartio c. m. v. collectis. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 75.

1) cos. suff. a. 23 a. C., quo anno accusatus a Tiberio et interfectus est; Dio 54, 3; Suet. Aug. 19; Tib. 8. 2) cf. Strab. XVII, p. 837.

5312. IMP CAESAR C IVLIVS ‖ *VERVS MAXIMINVS* ‖ FELIX AVG GERM MAX SAR‖MAT MAX DACICVS MAX PONT ‖

MAX TRIB · POTES IIII IMP · VI[1] ‖ *C IVLIVS VERVS MAXIM* ‖ *no*BILISSIMVS CAES PRINCEPS ‖ IVVENTVTIS GERM MAX SAR-‖ MAT MAX DACICVS MAX ‖ VIAM A KARTHAGINE VS‖QVE AD FINES NVMIDIAE ‖ PR*o*V*in*CIAE LONGA INCVR ‖ Corr*u*PTAM ADQVE DI*lapsam* ‖ RESTITVERVNT ‖ LXX — Tuneti. *Revue Archéol.* I, p. 821.

1) A. 991 = 238. Nomina inclinatis litteris distincta consilio abrasa ac postea restituta sunt; id quod a Capelliano factum esse Letronnius (l. l.) suspicatus est, quum ab assecl is Gordianorum deleta essent.

5313. PRO SALVTE IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONINI · AVG · LI‖BERORVMQ · EIVS · [1] COLONI · SALTVS · MASSIPIANI · [2] AEDIFICIA · VETVSTATE ‖ CONLAPSA · S · P · R · [3] ITEM · ARCVVS · DVOS · A · S · F · [4] IVBENTE · PROVIN‖CIALE AVG · LIB · PROC · EODEMQVE · DEDICANTE — *Enchir-el-Hammam* regni Tunetani, in arcu triumphali. *Revue Archéol.* V, p. 390; Bull. Inst. Arch. 1845, p. 58, 6 ex exemplo Catherwoodii Britanni, cuius schedas mecum communicavit Georgius Dennis.

1) cf. n. 874. 2) Locus mihi quidem novus. 3) *Sua Pecunia Refecerunt.* 4) *A Solo Fecerunt.*

5314. *i*VLIAE · DOMNAE · A*ug* ‖ MATRI · CASTRORV*m* ‖ MATRI · AVGVST · · [1] ‖ IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVER*i* · *pii* ‖ PERTINACIS · AVG · CONIVGI ‖ · · · SILICIVS · VICTOR · ET · C · TADIVS · FOR‖TVNATVS OB · HONOREM · FLAM ‖ SVI · PERPETVI · STATVAM · CVM ‖ BASE EX · HS · BINIS · MILIB · N · LEGI‖TIMIS · ADIECTIS TERTIS EX DE‖CRETO · PAGANOR · PAGI · MERCVRIALIS ‖ VETERANORVM · MEDELITANOR · ‖ S · P · F · IDEMQVE · DEDICAVERVNT — Rep. in villa quadam a Tuneto 18 M · P distanti, iussu cardinalis Medicei Florentiam translata. Gori, Inscr. Etr. I, p. 6. Vidi ipse in Mus. Mediceo.

1) AVGVST*orum*, deletis extremis litteris post Getam occisum.

5315. L ACCIO IVLIANO ASCLEPIANO C V COS CVR REIP VTIK ‖ ET GALLONIAE OCTAVIAE MARCELLAE C · F · EIVS · ET ACCIAE ‖ HEVRESIDI VENANTIO C · q · [1] ET ACCIAE ASCLEPIANILLAE ‖ CASTOREAE C · q · FILIABVS · EORVM · COL · IVL · AEL · HADR · AVG · VTIK[2] ‖ PATRONIS · PERPETVIS · D · D · P · P — A *Boeschatter*, ubi Uticam sitam fuisse iam Shawius suspicatus erat (Itin. vol. I, p. 131), Lugdunum Batavorum translatus. Janssen, Musei Lugduno-Batavi Inscr. tab. XI, 1, p. 80.

1) *Clarissima puella.* 2) Utica ab Augusto civitate donata (Dio 49, 16), ab Hadriano ius coloniae petiit; Gell. N. A. XVI, 13; cf. Zumpt, Comm. epigr. p. 421. 490. — Consul suff. ignotus.

5316. DIANAE ‖ AVG · MAV‖RORVM SAC ‖ L · MAMILIVS [1] ‖ CASTVS L · AE‖MILIVS II VIRI DEDICAVE‖RVNT — Sitifi. Hefner, *R. Inschriften m. Bemerk.*, *Algerien* n. IV (*Abh. d. Baier. Akad. d. W. phil. Cl.* V, 2); *Journal des Savants* 1847, p. 735.

1) MAXIMILIVS J. d. S.

5317. M · COCVLNIO ‖ SEX · FIL · QVIR ‖ QVINTILLIANO LATO ‖ CLAVO EXORNATO AB ‖ IMP · CAESARE · L · SEPTIMIO ‖ SEVERO · PERTINACE AVGVSTO PIO ‖ PARTHICO · ARABICO · PARTHICO ‖ ADIABENICO · QVAESTORI DESIG[1] ‖ POST FLAMONIVM · [2] ET · HONORES ‖ OMNES · QVIBVS · IN · COLONIA · IVLIA ‖ IVVENALI · HONORIS · ET · VIRTVTIS CIRTA[3] ‖ PATRIA SVA FVNCTVS EST ‖ FLORVS · LABAEONIS · FIL · ‖ PRINCEPS ET VNDECIM · PRIMVS[4] ‖ GENTIS SARDIDVM AMICO MERENTI ‖ DE SVO POSVIT IDEMQ · DEDIC · ‖ L · A · D · D[5]) — Constantinae. Hefner, l. l. n. XXV; correctius de Grabow.

1) Quaestorem intellige Romanum. 2) cf. Grut. 195, 5; 254, 5; Sidon. ep. V, 7 (Hefner). 3) Nova haec Cirtae cognomina. 4) Ignotum mihi alibi *undecim primorum* munus; neque ne *Sardidum* vel, ut Hefnerus scribit, *Sardinum* gens. 5) *Locus Assignatus Decurionum Decreto*.

5318. GENIO ‖ COLONIAE ‖ CIRTAES · R · P ‖ SIGVITANOR — Sigus. *Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 53, 1.

5319. EX AVCTORITATE ‖ IMP CAESARIS ‖ TRAIANI HADRI‖AN[1]) AVG PONTES ‖ VIAE NOVAE RVSI‖CADENSIS R P CIR‖TENSIVM SVA PECV‖NIA FECIT[2]) SEX IVLIO ‖ MAIORI LEG AVG LEG III AVG PR PR[3]) — In via quae a Cirta Rusicaden ducit. *Journal des Savants* 1847, p. 624; *Exploration* cet. pl. 49, 4.

1) HADRIANI J. d. S., ubi punctis quoque singula verba distinguuntur. 2) FECI Expl. 3) PRo PRaetore, sc. provinciae Numidiae, in qua leg. III. Aug. tendebat.

5320. GENIO · COLONIAE ‖ VENERIAE · RVSICADIS ‖ AVG · SACR · ‖ M · AEMILIVS · BALLATOR ‖ PRAETER IS X̄ · M̄ · N̄ QVAE IN ‖ OPVS CVLTVMVE THEATRI ‖ POSTVLANTE POPVLO DE‖DIT STATVAS DVAS GENI‖VM PATRIAE N̄ ET ANNO‖NAE SACRAE VRBIS[1]) SVA ‖ PECVNIA POSVIT AD · ‖ QVARVM DEDICATIO‖NEM DIEM LVDORVM ‖ CVM MISSILIBVS[2]) EDIDIT ‖ L D D D · — Rusicadi (*Philippeville*), in theatro. Clarac, *Musée de sc.*, *Inscr. pl.* LXXXIII, n. 98; *Exploration de l'Algérie, Beaux arts* vol. II, pl. 53, 1; *Archéol.* pl. 30, 2.

1) cf. 1810. Annona Romae in Africa culta eo explicatur, quod procuratores annonae sub auspiciis praefecti annonae in civitatibus Africae erant; cf. 6521. 2) cf. 3994

5321. SABINAE *Tranquil*‖LINAE AVG · *Coniugi* ‖ DOMINI NOS*tri* ‖ IMP CAES M ANTON*ii* ‖ GORDIANI PII FELICI*s* ‖ INVICTI AVG PONT ‖ MAX TRIB POT V[1]) ‖ *i*MP VI COS II P · P ‖ *pro*COS RES PVB*lic*‖A SIGVITANORVM — Sigus. *Explor. de l'Algérie, Archéol.* pl. 53, 3; paullo accuratius de Grabow.

1) c. 995 = 242. — *Coloniam Siguitanorum* habes in Excursions dans l'Afrique septentrionale n. 872 in inscriptione Caracallo *Caesari imperatori destinato* dedicata.

5322. L SITTIO M F QIR (sic) ‖ PLOCAMIAN ‖ ORDO ‖ ICOSITANOR[1]) ‖ M · SITTIVS · P · F · QVI ‖ CAECILIANVS ‖ PRO FILIO ‖ PIENTISSIMO ‖ H R F R[2]) — Icosii. Berbrugger, *notices sur les antiquités romaines d'Alger* 1845, 8, pl. fig. H.

1) cf. Plin. N. H. V, 2, 1; Solin. 25; Forbiger, Geogr. II, p. 872. 2) *Honore Accepto Impendium Remisit?*

5323. L IADIO L FIL QVR[1]) || ROGATO || DEC AED IIVIR ET VIR || QQ[2]) RVSG ET RVSG || CONSISTENTES[3]) OB || MERITA QVOD FRV||MENTVM INTVLERIT || ET ANNONAM PAS||SV·....CIT INCRESERE[4]) || AERE COLLATO — Rusguniae. *J. d. S.* 1837, p. 654.

1) L..QVRina. 2) IIVIRo QuinQuennali. 3) RVSGunienses ET RVSGuniae CONSISTENTES. 4) PASSVe *non* sIT INCREScERE, Hese.

5324. D · M · S || M VLPIVS || CLARVS || DEC M KAL[1]) || P · V · [2]) A · XXIII || D XXXIII — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 37.

1) DECurio Municipii KALumensium. 2) Pie Vixit.

5325. ..... M ANTONINI PII FIL ... || ...... *matri* AVG ET CASTRORVM ET SE*natus* ..... || ..... *municipium libe*RVM THIGNICA DEVOTVM *cet.* — *Tunga* (s. *Tunggar*). Temple, *Excursions in the Mediterranean*, II, app. n. 20; *Revue Archéol.* IV, 405; v. Catherwood. Quae varie legerunt, facile correcta sunt. Ad Severum imperatorem eiusque familiam pertinet.

5326. NIORVMVO C V QVI[1]) THYSDRVM || EX INDVLGENTIA PRINCIPIS CV||RAT*a* ET COLONIAE SVFFICIENS ET || PER PLATEAS LACVVS INPERTITA || DOMIBVS ETIAM CERTA CONDI|| CIONE CONCESSA FELICIS SECV||LI PROVIDENTIA ET INSTINCTV || MERCVRII POTENTIS THYSDRITA||NAE COL PRAESIDIS ET CONSERVA||TORIS NVMINIS DEDICATA EST — *El-Djem*, in aquaeductu. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerkungen*, *Algerien* n. XXXII (*Abhandl. d. k. Baier. Akad. d. W.*, phil. Cl. V, 2); *Revue Archéol.* 1847, p. 273.

1) NIORVM V .... CA .. VE, *R. Arch.* Initio tituli nonnulla desunt, praesertim eaque mentio, eaque nunc probo, quam in Annall. Inst. 1851, p. 14 proposui *interpretationem*, quamquam *nihil* melius habeo proponendum.

5327. DIVO || ANTONINO || CAESAR || COLONIA || AELIA || AVG · LARES — *Lorbus*. Temple, *Excursions* II, app. n. 148.

5328. MAGNIS ET INVICTIS DDDD NNNN DIOCLETIANO ET MAXIMIANO PERPETVIS AVGG ET || CONSTANT*io et* MAXIMIANO NOBB CAESARIBVS || RESPVBLICA MVNICIPII AGBIENSIVM DEDICANTE || M · IVL ..... PROCONS P A[1]) MAIESTATI EORVM DICATO — *Ejah*. Temple I. l. n. 52; v. Catherwood, qui in loco *Essher* titulum exstare dicit. Ex exemplis eorum facile restitui.

1) *Provinciae Africae.* Temple ante has litteras lacunam adnotat trium litterarum; si recte, cet. PROCONSVLE.

5329. IMP · CAE*s* P LICINIO GALLI*e*NO GER||MANICO PIO FELICI AVG P P P MAX || TRIB P X IMP X COS IIII DESIG[1]) PROCOS || RESP COLLONIAE (sic) SE*ptimiae* (*et*) AVRILLI*ae*[2]) || THVGGA*e de*VOTA NVMINI MAI*e*STATI||QVE EIVS — *Dugga*, *Revue Archéol.* IV, p. 407, Temple l. l. n. 36.

1) corr. DESIG V, a. 261. 2) corr. AVRELLI*ae*. — Exempla coloniarum a pluribus imperatoribus deductarum v. n. 5303 et 6932.

5330. IMP CAES DIVI ‖ NERVAE NEPOTI ‖ TRAIANI DACICI ‖ PARTHICI FIL TRAIA‖NO HADRIANO AVG ‖ PONT · MAX · TRIBVN ‖ POTESTATE COS · II · P · P ‖ CIVIT · THVGGA[1]) D D P P — Ibd. Temple, l. l. n. 41.

1) *municip*IVM LIBERVM THVGGA v. in titulo Severi Alexandri et Mammaeae, l. l. n. 37.

5331. GENIO · LAMBAESIS ‖ PRO SALVTE ‖ IMPP · CAESS · L · SEPTIMI ‖ SEVERI PERTINACIS · AVG ‖ ET · M · AVRELII · ANTONINI ‖ AVG · FELIC · PAR · BR · GER · MAX ‖ AVG · ET · IVLIAE · AVG · MA‖TRI · AVG · N · ET · CASTROR · ‖ DEDICANTE · Q · ANICIO FAVSTO ‖ LEG · AVGG · PR · PR · C · V · COS · DES[1]) ‖ L · BAEBIVS FAVSTIA‖NVS · SIG · LEG · III · AVG · P · V · [2]) ‖ L · BAEBI FELICIS VET · EX ‖ SIGNIFERO · FILIVS ‖ VOTVM · SOLVIT — *Batnah.* Hefner, op. cit. XII; correctius *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 85.

1) Cf. de administratione Numidiae Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1852, p. 165 sqq. et *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 213 sqq. 2) *Piae Vindicis*; cf. nn. 3664. 6684. 6685.

5332. D M S ‖ L · AVRELIO ‖ L · FILIO · AVRE‖LIA · LAMBAE- ‖ SE · TERTIO ‖ VET · V · AN · LXX — *Ksour-el-Granaia* prope *Batnah* in via, quae Cirtam ducit. Renier, *archives des missions* 1851, p. 60. Nota cognomen Aureliae civitati Lambaesitanorum datum.

5333. AVG COS ‖ · · · · IINERVAE ET GENII LAMBAE ‖ · · · · SI TANORVM ANNO ET MENSIBV*s* ‖ · · · · M · AVRELIO · COMINIO · CASSIAN ‖ · · · · ICIPII[1]) — Lambaese. Id. ad n. XII; *Mém. des Antiqu.* l. l. n. 84.

1) l. *curatore mun*ICIPII. Hefnerus titulum ut integrum dat.

5334. C · FVLCINIO M F QVIR ‖ OPTATO *f*LAM AVG IIVIR ‖ Q Q PONTIF IIVIR AVGVR ‖ AED QV*ae*STORI QVI ‖ INRVP*tio*NE BAQVA‖TIVM[1]) *colo*NIAM TVI‖TVS EST *test*IMONIO ‖ DECRETI ORDINIS ET ‖ POPVLI C*a*RTENNITANI ‖ ET INCOLA*r* PRIMO IPSI NEC ANTE VLLI ‖ AERE CONLATO — Cartennae (*Tenez*), *Revue Archéol.* I, p. 122.

1) cf. n. 505; It. Ant., ubi *Baccauates* dicuntur; Ptolem. IV, 1.

5335. DIVO CAESAR ‖ P CoRNELIO LICNIO VALERIANO[1]) NEPOTI ‖ IMP CAES P LICIN VALERA‖N AVG FILIO IMP CAES ‖ P LICINI GALLI*e*N AVG FRA‖TRI · P CoRNELI LICN SA‖LONNOBILISSIM[2]) CAES ‖ AVG ‖ CoL NERVANA AVG MART ‖ VETERNOR[3]) SITFENS ‖ D D P P — Sitifi. *Journal des Savants* 1837, p. 730; Hefner, l. l. n. XXIII.

1) cf. ad n. 5546. 2) l. SALONINI NOB cet. 3) COL*onia* NERVIANA AVG*usta* MART*iana* VETER*a*NOR*um* SITIFENS*ium*, de qua cf. Letronne, *J. d. S.* l. l.; Zumpt, Comm. epigr. p. 399. In alio quodam titulo imperatoribus Septimio Severo et M. Antonio filio Getaeque nob. Caes. dicato nomen eius ita indicatur: *colonia* NERVIANA AVG MARTIANVS (corr. NA) VEIIRNOR (corr. VETERANOR*um*); *J. d. S.* 1847, p. 732; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 85, 1 (n. 5492); cf. *Explor.* l. l. 2, titulum ibidem repertum: R P SITFENSIVM NER*vianorum* ANTONINANOR*um* (n. 5505).

5336. CLAVDIAE ‖ SALVIAE ‖ CONIV*gi* ‖ *l. titinii* ‖ CLODIANI ‖ E V PROC ‖ AVG N ‖ SPLENDDSSI‖MVS ORDO COL ‖ CVICVLTANOR ‖ CONLATONE P ‖ SPORTVLARVM ‖ FACTA POSVIT — L TITINIO MAXIMO *clo*‖DIANO FL PP [1]) FIL*io* ‖ L TITINI CLODI*ani*‖ SPLENDIDIS*simus ordo* ‖ COL CVICVLITA/ORVM ‖ CONLATONE FACTA SPO‖RTVLARVM PATRONO ‖ POSVIT ‖ TITINIAE CLODIAE ‖ SAL*viae* · · · ECITAE ‖ (desunt vv. 5) ‖ · · · B · · · · · ‖ CLODIAE LO · · · · ‖ SPLENDIDISSIMVS ‖ ORDO COL CVICVLTAN ‖ CONLATONE SPORTVLA‖RVM FACTA POSVIT — Cuiculi (*Djimila*). *Exploration* l. l. pl. 107, 1; Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXVIII, p. 55.

1) FL*amini* P*er*P*etuo*.

5337. *imp* · CAES · M · AV‖*reli*O SEVERO AN‖*to*NINO · [1]) PIO · FEL · ‖ AVG · D · N · PART · BRIT ‖ MAX · COS · IIII · [2]) CO‖LONI · CAPVT · SAL‖TVS · HORREORVM ‖ ET · KALEFACELENSES ‖ PARDALARIENSES ‖ ARAM · PRO · SALV‖TE · EIVS · CONSA-‖CRAVERVNT · ET · NO‖MEN · CASTELLO · ‖ QVEM · CONSTITVE‖RVNT · AVRELIAN*E*‖*nsi* [3]) ANTONINIA*no* POSVERVNT ‖ D D ‖ AN P CLXXIIII [4]) — *Ain-Zada* inter *Sitifin* et *Ain Tagroul*. *Revue Archéol.* VII, p. 124.

1) Nota cognomen Severi, quod rarius in Caracalli monumentis legitur; cf. Eckhel, D. N. VII, p. 221, et nostros n. 5505. 5506. 2) Cos. IIII a. 213; ante hunc igitur annum titulus exaratus non est. 3) Ita scripsi ob litteram E in extremo versu obviam; quae si in marmore non legitur, malo AVRELIAN ‖ *severian* ANTONINIAN. 4) A*nno Provinciae* CLXXIIII. Itaque quoniam non ante a. 213 titulum factum esse constet, aeram provinciae ab anno 40 p. C. initium cepisse apparet, quo anno Mauretania imperio subiecta erat, minime a victoria Africana Caesaris dictatoris, at Orellius proposuit (ad 529). Id altero monumento Sitifensi (l. l. p. 369) plane confirmatur:

5338. IN HOC LOCO SANCTO DEPOSI‖TAE SVNT RELIQVIAE SANCTI ‖ LAVRENTI MARTIRIS DIE III MEN ‖ AVG CONS HERCVLANI VC ‖ DIE DOMINI DEDICANTE LAVRENTIO ‖ VVSPMORDOM [1]) AN P CCCCXIII AMEN — Herculanus enim cos. est anni 452.

1) Haec mihi certe non liquent.

5339. · · · · · · · · · · ‖ NO TRIB POT XVII IMP III *cos* ‖ IIII P P PROCOS [1]) RES PVB ‖ CENT SVBVRBVR [2]) VIAS EX‖AVSTAS [3]) R*est*ITVIT AC NO‖VIS MVN*imi*NB DLATAVIT ‖ XXI — In via quae a Sitifi Cirtam ducit. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 90, 7.

1) l. *imp. caes. m. aurel. antonino* cet., i. e. Caracallo, qui a. 214 illis titulis usus est. Neque tamen litteras NO pro ultima syllaba nominis Antonini habeo, quam aeque Augusti titulus deesse potest, et cetera eius cognomina in monumentis eius legi solent. Fortasse corrigere licet *pontifici maxi*MO. 2) Legerem *res publica gentis Suburburum*, nisi Σουβουρβορες Ptolemaei interiorem Africam habitare viderentur unaque remoti ab iis regionibus asseut, ad quas monumentum pertinet. 3) VIAS EX*h*AVSTAS eorum mihi et inauditum, quamquam facile intelligitur.

5340. IMPP · CAESS ‖ L · SEPTIMIO · SEVE‖RO · PERTINACI ‖ ARAB · ADIAB · PART ‖ MAXIMO · ET ‖ M · AVRELIO · AN‖TONINO · PIIS ‖ AVGG · *AC* · *FORTISSI*‖*MIS* · *PRINCIPIBVS* ‖ *PROPAGATORIBVS* ‖ *IMPERII* · [1]) VIAM ‖ SEPTIMIANAM ‖ LEG · III [2]) AVG ·

FECIT — *Marcouna* prope Lambaesin. Renier, *arch. des missions* 1851, p. 173.

1) Quae inclinatis litteris scripsi, in loco nominis Getae erasi posita sunt. 2) Nomen legionis III erasum, ut videtur, propter seditionem, qua Capelliano duce Gordianos interfecerat, ac postea restitutum.

5341. ORDO ‖ MVNICIPII ‖ VERECVNDEN‖SIVM · 1) DEVOT · NV‖MINI · MAIESTQ ‖ EORVM — Ibd. l. l. p. 181.

1) Nomen civitatis Numidiae adhuc ignotae.

5342. DIVO ‖ ANTONINO ‖ AVG ‖ EX · CVI*us* ‖ INDVLGEN*tia* ‖ AQVA · VIC*i* ‖ AVGVSTOR*um* ‖ VERECVNDENS ‖ PERDVCTA · EST ‖ DEDIC ‖ D · FONTEIO ‖ FRONTINIANO ‖ LEG · AVG · PR · PR ‖ D · D · P · P 1) — Ibd. l. l.

1) Supplementa sunt Renieri; facile tamen apparet, civitatem in titulo praecedenti municipii nomine ornatam vicum non esse; unde melius certe Mommsenus, quum inscriptionem mecum communicaret, AQVA VIC*trix* AVGVSTOR*um* VERECVNDENS*is* scribendam esse proposuit. Frontinianus apud Hefner, *Röm. Inschriften* cet. n. XXX leg. Augg. dicitur, et *Victoriae Augustorum* titulum dedicavit a. VIII. Vixit igitur, ut videtur, aetate Divorum fratrum vel Severi et Caracalli; quapropter Divum Antoninum hic commemoratum pro Antonino Pio habeo.

5343. PERPETVO · VICTORI‖OSISSIMO · INDVL‖GENTISSIMO · IMP ‖ RESTITVTORI · OR‖BIS · L · DOMITIO ‖ AVRELIANO · PIO ‖ FELICI · AVG · PONT ‖ MAX · TRIB · POT · V 1) ‖ COS · II · P · P · PROCOS ‖ RESP · COL · THA‖MVG · ‖ VIIII — *Enchir-Tonchin*, 5 m. p. a Lambaese orientem versus.

1) A. 1027 = 274.

5344. TELLVRI GILVAE 1) AVG ‖ SACR C ARRIVS NE‖POTIS FIL SABINIVS PAPR ‖ DATVS 2) AEDIL SACERITEIV 3) — Calamae. Exscr. de Grabow.

1) Gilva colonia Mauretaniae Caesariensis. [Nisi praestat ita accipere, ut dea haec Tellus a regionis arenosae colore gilvo cognomen traxerit. Mommsen.] 2) De cognomine viri parum liquet, neque tamen mendum hic latere videtur. 3) SACER*d* TE*ll*V*ris*?

CAPVT II.

MONUMENTA HISTORICA.

§. 1. ELOGIA.

N. 534, v. corr. 5053; accuratius Mommsen, I, N. 2189.

N. 535, v. 9 extr. FA^B||NORE. Vidi in Museo Arretino.

N. 537, corr. et rest. Borghesius, *Giorn. Arcad.* 1819, I, p. 58: . . . . . *cum galli* || *inv*ADERENT . CAPITOLIV*m* || *ve*STALES . CAERE . DEDVXIT || *at*QVE . RITVS . SOLLEMNES . NE || *omitte*RENTVR . CVRAI . SIBI . HABVIT || *co*ERATA . SACRA . ET . VIRGINES || *rev*EXIT . — V. 1. *obsi*DERENT B.; sed suo iure Kellerm. apud Orellium, Analecta epigr. p. 35, correxit ex lapide, quem vidi in Museo Vaticano. — [v. 5. pro *co*ERATA Borghesii reponendum *urbe lib*ERATA. Mommsen.]

N. 539, v. in Museo Florentino.

N. 540, exstat in Museo Parmensi, Roma advectus.

N. 541, exstat in Museo Florentino. Alterum exemplum Arimini fuisse Signoritius codicesque Rigazzianus et Bovius fidem faciunt, ex quibus nuper ed. Toninius, *Rimini* p. 358. versibus aliter distributis (cf. tamen, quae ad n. 543 adnotabimus). Quae varie apud eum leguntur, nullius momenti sunt.

N. 542, v. in Museo Arretino.

N. 543, fragmentum litteris optimis et grandibus scriptum, quod olim Romae fuit, in Museo Borbonico asservatur; Mommsen, I. N. 6802, qui in ceteris Mazochii editionem secutus est. Arretii frustra monumentum quaesivi. Ceterum aliud exemplum Arimini fuisse testantur Signoritius, Codd. Rigazzianus, Bovius, alii scriptores Ariminenses; cf. Tonini, op. cit. p. 359; sed de Rossi (*le prime raccolte* ecc., p. 71, *Giorn. Arc.* tom. 127) suo iure Signoritium unicum eius rei testem esse ratus male pro Arretio Ariminum scripsisse credit.

N. 546. Titulos Metelli, Sicii, Decii genuinos esse affirmare, quam negare maluit Zellius, *die Römischen Elogien* ecc., Stuttgart, 1847, p. 119, 146. 147; neque Borghesius, quum de elogiis disputarit in *Giorn. Arcad.* 1819, I, p. 60, de sinceritate eorum dubitavit. Cuius summa auctoritate adductus nihil certi affirmare audeo, quamquam, ut de ceteris taceam, id quoque gravissimam mihi suspicionem movit, quod in iis tantum titulis, de quibus dubitare licet, maximam cum scriptorum verbis invenimus similitudinem, quum monumenta certo genuina a narrationibus eorum plane discrepent. Parum item probabile, in monumento antiquo Decium Deci filium appellatum esse, quum patris praenomine originem designari apud omnes constet, gens vero ipso nomine satis declaretur. Praeterea in marmoribus vix ullum exemplum reperies, quo primum consul aliquis dicitur.

5345. AENEA*s ven*ERIS || ET ANCHISA*e filius troia*NOS || QVI · CAPTA · TR*oia* · *et* · *incensa s*VPER||*fuer*ANT IN I*taliam adduxit* || · · · · M · SV · · · · · · · · || (desunt versus aliquot) || · · · · · *a*LB*a* · · · · · || *oppidum lavinium* CON*didit et* || *ibi regnavit* an*N*OS · TRIS · I*nde* || *cum*

*nimbo exort*O · NON · CON‖*paruisset dictus* EST · INDIGENS ‖ *et in deorum n*VMERO · RELATVS — Rep. Pompeiis in foro, nunc in Mus. Borb. Avellino, *Bull. Nap.* III, p. 35; Mommsen, I. N. 2188, cuius supplementa recepi desumpta praesertim ex chronographo ab eodem edito, *Abhandl d. S. Gesellsch.* II, p. 644.

5346. M · VALERIVS ‖ ANNORVM · XXIII ‖ CVM · EXERCITVS · GALLORVM · IN · POMPTINO · AGRO · CONSEDISSET ‖ PRINCIPEM · GALLORVM · PROVOCANTEM · SINGVLOS · BELLATORES · INTERFECIT ‖ ET · QVOD · CORVVS · INTER · EAM · PVGNAM · GALEAE · EIVS · CONSEDISSET ‖ CORVINVS · DICTVS · EST ‖ COS · ITERVM · DE · SAMNITIBVS · VOLSCIS · SATRINIS · TRIVMPHAVIT ‖ COS · III · DE · SAMNITIBVS · COS · IIII · DE · CALENIS ‖ DICTATOR · II · DE · ETRVSCIS · ET · MARSIS · IIII · TRIVMPHVM · · · · · · ‖ INTER · PRIMVM · ET · VLTIMVM · CONSVLATVM · EIVS · ANNI · XXXIII · FVERVNT ‖ IS · CVM · EXERCITVS · PER · QVEM · SAMNITES · SVPERATI · · · · · · ‖ INANI · SEDITIONE · FACTA · DESCISSVS · AB · POP · ROM · VIDERETVR ‖ DICTATOR · MISSVS · AD · IMPERIVM · AVCTORITATE · SVPERBIENS ‖ VT · OMNES · MILITES · IN · VRBEM · REVERTERENTVR · · · · · — Neapoli. Borghesius ex Cod. Vat. 5244, p. 77; *Giorn. Arcad.* 1819, I, p. 58 sqq.; de singulis v. Zell, op. cit. p. 118. [Mihi quidem constat titulum falsum esse compositumque ab homine Italo, qui neque fastos recte legere sciret neque Latine loqui; unde praeter alia barbara scripsit ineptissime *exercitum descissum.* Legitur itaque inter falsa I. N. 370*. MOMMSEN]

§. 2. MONVMENTA HISTORICA A P. VALERIO POPLICVLA VSQVE AD C. IVLIVM CAESAREM HVIVSQVE AEQVALES.

N. 549, exemplum satis diligenter confectum, nisi quod versuum distributio non indicatur. Quam qui cognoscere volet, v. Kellermanni apographum, Orell. Anal. epigr. p. 35, et accuratissimam lapidis imaginem a Ritschelio nuper editam, Bonnae 1852. Hodie in fine et ab initio versuum litterae aliquot desiderantur, in exemplo Orelliano obviae. Praeterea l. v. 4 EXFOCIONT; v. 16 in enumerando aere scripto adde ⊤ ⊤, et lacunam nota inter versus 15 et 16.

N. 550 seqq. vidi in Museo Vaticano et recognovi cum Brunnio meo. N. 550, supra titulum in sarcophago litteris depictis legitur: . . . . . . CN . F . SCIPIO. Versus Saturnii lineolis distinguuntur. V. ult. corr. LOVCANAM.

N. 551. CN . F .

N. 552; versus Saturnii relictis spatiis in lapide indicantur; v. ult. TEMPESTATEBVS; MERETO.

N. 553, versuum initio desunt L et A.

N. 554, pro SAC scr. SACR.

N. 555, v. 6. L . . EIS; fragmentum litterae S parum distinguitur, quod si quis pro fragmento litterae T habere maluerit, minus certe ei equidem adversor, quam Orellio, cuius *laude* nullo modo legi potest. Quamquam ne Ritschelii quidem DITEIST comprobo (Titulus Mummianus p. XIII), quum nec prima littera D esse videatur nec frustum illud post S obvium pro T habeam; nam ad hastam quandam a sinistra dextram versus inclinatam pertinuisse videtur. Vocis sequentis MANDATVS prima syllaba

ita nunc apparet, ut vestigia tantum summarum litterarum in lapide reliqua sint. V. ult. MAND . . . . . . haud dubie legitur.

N. 558, v. 1. APICE; GESISTEI; v. 2. PERFE . . . TVA; v. 5. LICVISET, ut videtur, litteris in media voce valde attritis; v. 6. FACILE . FACTEIS. Litteras nonnullas nunc quidem evanidas, quas recte lectas esse patet, non adnotavi.

N. 562, v. 2 pro NEPOS I. COS; v. ipse.

N. 566 explica M . MAGI(*us*) MIN(*atii*) F(*ilius*) SVRVS.

N. 567 exstat in Museo Borbonico; v. Mommsen, I, N. 6796.

N. 570, v. 2. LVCVLLVS; v. ult. A . D . A . I . Olivieri, *Memorie di Novilora* p. 92.

N. 571, suspectus; cf. Borghesi, Bull. Inst. 1845, p. 164, et Mommsen, I N. 4322. Praeter notam FF pro *filiis*, illa certe aetate vix usitatam, suspicionem mihi movent IIviri aedilicie potestate, quum Arpinatium magistratos *aediles* appellari soleant. Titulos fictus esse videtur ex Cic. ad fam. XIII, 11, 3.

N. 573, spurius; cf. Borghesi, l. l.

N. 574 vidi in aedd. publiris Auximatium; litterarum formae antiquitatem satis testantur.

N. 581 defenditur a Mommsenio propter bonam, qua utitur, auctoritatem (I. N. 451), licet ab eo quoque dictatoris et imperatoris mentio valde desideretur.

N. 582, v. 3. NFICI (sic); v. 4 in. cOS; v. Mommsenius, Bull. Nap. p. 114 et I. N. 4986.

N. 583 ed. nuper Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde cet.*, *Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen*, 1851, I, fasc. III et IV, p. 223, qui eum ad viam Romanam, quae per montem *Kreuzberg* versus civitatem *Timau* ducit, in rupe montis *Collina* extare dicit, atque sic conceptum profert: C . IVL . CAESAR ‖ VIAM . HANC . ROT . F. — Verum vidisse Orellium opinor, saeculo fortasse XVI titulum saxo incisum esse.

N. 584, cf. Mommsen, I N. 320*.

N. 586 exstat in Mus. Vat.; mihi tamen suspectus est.

N. 587 mihi certe suspectus.

N. 589 corr. AF SOLO; COERAVERE; pro LATVM l. ALTVM; cf. Ann. Inst. Arch. 1851, p. 8. Censores municipales sunt.

N. 590, v. 1. MVNATIVS; v. 3. EPVLON; TRIVMP; v. 4. MANIBIS; v. ult. LVGVDVNVM. Res minoris momenti omisi. Mommsen, I. N. 4089.

N. 591, confictus ex n. 590.

5347. M · CL · MARCELLO ‖ ROMANORVM · ENSI ‖ FVGATO · HANNIBALE ‖ DIREPTIS · SYRACVSIS ‖ V · CONS ‖ S · P · Q · NOLA — Nolae, litt. bonis aetatis imperatorum. Contra Mur. 1809, 2 sinceritatem tuetur Mommsen, I. N. 1984. Titulum crede statuae tempore posteriore Marcello erectae.

5348. M · AEMILIVS · M · F ‖ LEPID · COS ‖ CCXXCVI — Miliarium viae Aemiliae stratae a. U. 567. Borghesi, *G. A.* X, p. 211. Exstant tria eius viae miliaria, duo in Museo Bononiensi, tertium ad Castellum S. Petri.

5349. L · MVMMIVS ‖ COS · P · P — Parmae in theatro antiquo. Bull. Inst. Arch. 1844, p. 174. Titulum ideo hic proponendum censui, quia facile aliquem Guarinii, quantulacunque est, auctoritas (Bull. I. 1845, p. 48) inducere potest, ut ad Mummium Achaicum eum referendum esse sibi persuadeat, id quod etiam summo viro Friderico Ritschl nuper accidisse vides (Titulus Mummianus, p. IX). Legendum autem

esse: L · MVMMIVS · · · · · · · ‖ *praef · fabr* · COS · *Primi Pilus* Borghesius affirmavit; cf. Lopez, *lettere intorno alle ruine di un antico teatro scoperto in Parma*, Parma 1847, p. 62. — Contra ad Achaicum spectat Or. 1862.

5350. S · POSTVMIVS · S · F · S · N ‖ ALBINVS · COS ‖ GENVA ‖ · · · · · XXVII [1]) — Veronae. Giorn. Arcad. 1821, X, p. 211.

1) Cos. a. p. R. c. 606; Borghesi l. l. Omnibus nominibus dicebatur *Sp. Postumius Albinus Magnus*.

5351. C · FANNI · M · F ‖ COS · [1]) DE ‖ SENA · SEN ‖ DEDIT — Basis parva litteris parum profundis exarata, rep. 1851 in tabulario Romano. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 150.

1) a. 632; cf. quae de duobus C. Fanniis exposui, l. l.

5352. C MARIO CF ‖ COS VII PR TRIB PL ‖ Q AVG TR MIL — Rep. in vico *Casamari*, nunc Arpini, ubi v. Garruccius. Bull. Inst. 1851, p. 10; Mommsen, I. N. 4487.

5353. L · CORNELIVIIS · L · F · CINA · COS [1]) ‖ CIII — Venafri, cippus mil. viae Latinae. Mommsen, I. N. 6243; exscr. Garruccius.

1) a. 627; l. l.

5354. L · SILANO · M · F ‖ D · N · PR · AVGVRI [1]) — Ad pontem Canusii. Mommsen, I. N. 641.

1) Borghesius, Ann. Inst. p. 13 sqq., hunc Ionium eum esse demonstravit, a quo, quum pro consule Asiae praeesset, a. p. R. c. 679 Bithynia in formam provinciae redacta est (Vell. II, 42); apud Plinium (N. H. II, 35, 35) vero eundem commemorari, quum pro *Licinio Silano*, vel *Silano*, quod omisso nomine praecedente Sil · ligine in textum recepi, L . SILANVS legendum sit.

5355. MEDELLA · DASM · F ‖ SITA · AN · D · III · K · IANV ‖ C PISONE ‖ M' · ACILIO COS [1]) — In sepulcro Canusino, in quo praeter vasa nonnulla ornamentorum aureorum thesaurus repertus est. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 64; Mommsen, *Unterital. Dial.* p. 50, tab. IV; I. N. 658.

1) a. 687 = 67 a. C. n.

5356. C · ANTONI · M · TVLI · COS [1]) — In villa *Ramo di Cittanova* agri Mutinensis. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 162.

1) a. 691 = 63 a. C. Consulum nomina genitivo notata significant supplendam esse cogitatione vocabulum *anno*; cf. Grot. 163, 7 et Borghesi, l. l.

5357. M · VALERIVS · M · F ‖ M' · N · MESSAL ‖ P · SERVEILIVS · C · F ‖ ISAVRICVS · CES [1]) ‖ EX · S · C · TERMIN — Cippus rep. a. 1819 ad pontem Milvium. Fea, *Fasti* p. XXXVIII; Nibby, *Contorni* II, p. 536; cf. Marini, I. A. p. 21.

1) a. 699 = 55 a. C.

5358. M · COELIO · M · F · VINICIANO ‖ PR · PRO · COS · TR · PL · Q · [1]) ‖ OPSILIA · VXOR · FECIT — Inscriptio sepulcri sub Tusculo nuper eruti, litteris maximis et pulcherrimis exarata. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 122.

1) cf. Cic. ad fam. VIII, 4, 3. Tribunus plebis fuisse videtur a. p. R. c. 701 cum Lucceio Hirro, qui tum Pompeium dictatorem creandum esse proposuit (Cic. ad fam.

III, 8, 4; 9, 3; Plut. Pomp. 54; Dio 40, 45). Postea a Caesare duabus legionibus in Ponto praepositus est; unde eum hanc provinciam pro consule rexisse probabile est. Ceterum ipso proconsulatu aute praetaram dato aute annum p. R. c. 727, Vinicianum functum esse constat, quare minime dubium, quin huic potissimum Viniciano recte titulus tribuatur.

§. 3. AVGVSTVS. SCRIBONIA. LIVIA.

N. 592. Cardinalius l. t. habet TRIB . MIL . BIS . Q .

N. 595, genuinus. Alterum eius exemplum Tergeste anno 1838 erutum est; v. *Archeografo Triestino* 1, p. 79; Labus, *lapidi Tergestine* n. 22, in *Denkschr. d. Wiener Akad.* 1, p. 356

N. 597, v. 3 pro VIII l. VII, quo versum nunc mutilum terminatam esse spatio doceter in fine eius relicto; v. 4. POTESTA*te* . . .; numerus nunc desideratur; v. ult. fortasse legandum est: MAE(*cia*) BARBA*t*, Kellermann apud Mommsen, I. N. 4229. Titulum exscripserant Mommsenio Tycho frater, Kellermanno Ambroschias.

N. 600; iniuria Maffeius in Augusti cippis numeros miliarios legi negat; cf. n. 5118.

N. 602, not. 2. Amiani, *Fano* II, append. 1 scribit XXVI „sic"; nihilo minus ne quadratarii quidem errorem huic numero inesse credo, sed descriptores potius eo deceptos esse, quod notae X et VI parvulo spatio separatae sunt. Ita certe in imagina arcus exhibentur, a Rossinio (*Archi trionfali*) summa diligentia delineata.

N. 604. In utroque latere pontis ambo tituli duabus versibus ita insculpti sunt, ut alterum versum Tiberii titulus efficiat, ultima autem vox DEDERE ad utrumque versum ipsa dispositione pertineat; v. 1. PONTIFEX; v. 2. IVLI; cf. Tonini, *Rimini* p. 181.

N. 611. Monumentum Ancyranum et Graecam eius versionem add. Io. Franz et A. W. Zumpt,, Mon. Ancyr. Berolini 1845, 4. — Fastos quos dicunt Capuanos idem Zumptius, Comment. epigr. Berolini, 1850, 4, p. 3 sqq., cuius lucubrationes Capuanae tituli origine innisas refellit Mommsenius, Venusinum eum esse demonstrans, *Epigr. Analekten* II, *Sitzungsber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 224 sqq.; cf. Museum Rhenanum, N. F. X, 1853, p. 481 sqq.; de Rossi, *i fasti municipali di Venosa*, *Giornale Arcad.* t. CXXXIII.

N. 613, v. 2. AVGVSTI; v. 3. TI . CAESARIS; Mommsen, I. N. 5470.

N. 615, v. 2 dela F.

N. 616. 617 fictitii; nota Liviam filiam Augusti dictam, Augustum simpliciter Divum appellatum, Tiberii cognomine plane singularia est.

5359. *xiiii · k · septembr · eo die · caesar · pri*MVM · CONSVLATVM · IN*iit* · · · ‖ · · · · · · · · *eo die · exer*CITVS · LEPIDI · TRADIDIT · SE · CAESARI · SVPPLI*c*A*tio* · · · · ‖ *viii · k · octobr · n*ATALIS · CAESARIS · IMMOLATIO · CAESARI · HOSTIA · SVPPICATIO · (sic) ‖ NONIS · OCTOBR · DRVSI · CAESARIS · NATALIS · SVPPLICATIO · VESTAE ‖ XV · K · NOVIMBR · EO DIE CAESAR · TOGAM · VIRILEM · SVMPSIT · SVPPLICATIO · SPEI · ET · IVVE*ntuti* ‖ XVI · K · DICEMBR · NATALIS TI · CAESARIS · SVPPLICATIO · VESTAE ‖ XVIII · K · IANVAR · EO DIE · A*r*A · FORTVNAE · REDVCIS · DEDICATAST · QVAE · CAESAREM · *Aug · ex transmari*‖NIS · PROVINCIS · RED*uxit* · SVPPLICATIO · FORTVNAE · REDVCI ‖ VII · IDVS · IANVAR · E*o die · caesar* · PRIMVM · FASCES · SVMPSIT · [1]) SUPPICATIO · (sic) IOVI ‖ · · III · K · FEBR · EO DI*e caesar · augustu*S APPELLATVS · EST · SVPPLICATIO · AV*gusti numini* ‖ *iii · k · febr eo die · ara · pacis · dedicata* · EST · SVPPLICATIO · IMPERA*toris · genio · et paci* ‖ · ‖ · · · · · · IM · · ·

. . . . ‖ . . . . XIM . . . . — Rep. Cumis, nunc fragmentum maius Romae penes Institutum Archaeologicum, minus Neapoli in Museo Borbonico exstat. Illud ed. Kellerm. in O. Jahnii specim. epigr. p. 3—22, hoc Guarini, comm. XIV, p. 52; coniunxit ea, qui ipse exscripserat, Mommsen, Bull. Inst. 1846, p. 78 sqq. et I. N. 2557.

1) Eo die Octavianus pro praetore cum consulibus Hirtio et Pansa imperium belli contra Antonium gerendi obtinuit; cf. Mommsen, l. l.

5360. SENATVS · POPVLVSQ*ue romanus* ‖ *imp* · *caesari* · *divi* · *iuli* · *f* · *augusto* · *imp* · *sept* · ‖ COS · SEPT · DESIGNAT · OCTAVOM · [1]) *Via* · *flamin*IA · *ab eo* · *munita* · *c*T . . . . ‖ CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS · CONSILIO · *et* · *opera* · *ei*VS · *munitum* · *tradi*TEIS — Arimini, in arcu triumphali. Rest. et illustr. Borghesius, in Brighenti, *illustrazioni dell' arco d'Augusto in Rimini*, Rimini 1825, 8, p. 7 sqq.

1) a. 727; cf. Eckhel, VI, p. 105 sqq.

5361. PRIMVS · MARC . . . . ‖ VI · VIR · AV*g* ‖ — In parte inferiore lapidis Victoria clipeum sustinet, in quo haec leguntur: S · P · Q · R ‖ AVGVSTO DEOT [1]) ‖ CLVPEVM · VIRTVTIS ‖ . . I . . . TI . . . . T . . [2]) — Potentiae Piceni. Archaeol. Ztg. 1844, p. 242.

1) Legendum esse DEDT, i.e. *dedit*, facile patet, et errore tantum typographico O pro D in titulum irrepsisse puto. 2) Cf. versionem Graecam monumenti Ancyrani col. VI: *ὅ[πλ]ον τε χρυσοῦν ἐν τῷ βο[υλ]ευτηρίῳ ἀνατε[θὲ]ν ὑπό τε τῆς συνκλήτου καὶ τοῦ δήμου τῶν Ῥω[μαί]ων διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἀρετὴν καὶ ἐπιείκειαν καὶ [δι]καιοσύνην καὶ εὐσέβειαν ἐμ[ο]ὶ μαρτυρεῖ κτλ.*, et paucas verborum reliquias in inscriptione Latina conservatas: VIRTVTIS . CLE*mentiae* . *iustitiae* . *pietatis* . EST . Po*situs* . CLVPE*us* . *aureus* cet., quibus edoctus Borghesius l. l. in titulo quoque Potentino cLE*men*T*iae* legendum esse affirmavit, notas autem S . P . Q . R . CL . V. in nummis obvias (Eckhel VI, p. 95, 121) ita interpretatus est: *Senatus PopulusQue Romanus CLupeum Virtutis (dedit)*. Augustales igitur Potentini quum Divo Augusto monumentum erigerent, imaginem clipei a senatu populoque Romano vivanti olim Augusto dicati in eo sculpsisse videntur.

5362. DIPIRVS · ANTIGONI · VICAR ‖ BENEFICIO · HELICONIS ‖ SCRIBONIAE CAESARIS [1]) ‖ VESTIFICIS ‖ AN · XIX — Romae, rep. in fundis Ammendolanis. Cardinali, *Diplomi mil.* n. 518.

1) sc. *uxoris*. De ea cf. Drumann, *R. Gesch.* IV, p. 303.

5363. EX · DOMO ‖ CAESARVM · ET ‖ LIVIAE ‖ LIBERTORVM ‖ ET · SERVORVM — Romae, v. Borghesius.

5364. AVGVSTAE · IVLIA*e* [1]) ‖ DRVSI · F ‖ DIVI · AVGVSTI ‖ D · D — Pompeiis in Mus. Borb. translatus. Mommsen, I. N. 2214.

1) Livia antea nominata. — Titulus plane similis Aquilae ad S. Pauli asservatur; Mur. 222, 2; corr. Bull. Inst. 1835, p. 154; Mommsen, I. N. 5767.

5365. DIVAE · AVGVSTAE ‖ L · MAMMIVS · MAXIMVS · P · S — Herculaneo in Mus. Borb. translatus. Maff. M. V. 350, 5; Mommsen, I. N. 2393, ubi v. ceteros. — Patrem Liviae in titulo quodam anno 1752 S. Benedicti reperto: M · LIVIVS · D*rus*VS · CLAVDIA*nus*,

matrem in alio titulo ibidem olim exstante: ALFIDIA · M · F · MATER · AVGVSTAE commemoratos esse Mommsenius suspicatus est: I. N. 5486. 5487, quae sententia eo certe confirmatur, quod patris quoque Tiberii titulus eodem loco repertus est; v. n. 5392.

§. 4. MONVMENTA QVAEDAM HISTORICA, AD AVGVSTI TEMPORA SPECTANTIA.

N. 619, v. 1 pro KA l. K; v. 2 pro KAL l. K; v. 3 pro EX, ET (sic); ceterum nescio, cur Orellius et cetera fastorum fragmenta e Marinio publicata omiserit, neque fastos potius triumphales Capitolinos hic attulerit, quibus plenior huius aetatis descriptio continetur; cf. Grut. 297.

N. 621, v. 2 et Lerschius (C. M. II, 1) et Overbeckius (*Katalog des Rh. Mus. vaterl. Alterthümer*, Bonn 1851, n. 21) notam, quam pro signo centurionatus Or. habuit, ita exhibent: "O, unam ante litteram desiderari legendumque esse rati LTO, LEGATO. In *Addendis* tamen, C. M. III, p. 114, 1, centurionatum indicari idem Lerschius affirmat. Quae quum ita sint, de vera tituli lectione monumento non inspecto diiudicari nequit. Quamquam hoc affirmare licet, nec LTO in saxo legi posse, nec, si legeretur, LEGATO ita significari potuisse, ita ut nihil fere aliud reliquum sit, nisi ut centurionatum indicatum esse credamus. Quam interpretationem qui minus probant, videant, num EQ(*uiti*) fortasse scriptum fuerit, quamvis ipsa hominis ornamenta et insignia ad principatus magis, quam equitis gregarii dignitatem quadrare pateat.

N. 622, v. 5 ILYRICO; v. 6. LARTIA; v. 7. M. PLAVTIVS; recte Grut. ex Smetio.

N. 623, ut genuino usus est Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi*, Vratislaviae, 1840. 8, p. 71. Recte condamnavit Orellius. Nota praeter consecutionem verborum satis confusam et cognomen Sulpicii, qui *Quirinius*, minime *Quirinus* appellabatur, et dona militaria *honorre* dicta, numerumque I cohorti post nomen *Augustae* adiunctum; praeterea insolitum illud *decoratus honoribus castris divi Augusti*, quod intelligi omnino non potest. Observavit denique Borghesius litteris ad me de hoc titulo datis, verbis *delatus a duobus consulibus ad aerarium* usum quendam liberae rei publicae ad aetatem imperatorum transferri.

N. 624, nota 2 intellige *spectatus*; cf. ad n. 2561 sqq.

N. 625, filius C. Asinii Galli ex Vipsania Agrippina, filia M. Agrippae et Pomponiae Attici filiae; Borghesi, G. A. 1832, fasc. LIV.

N. 626, v. 2. SEGOVIORVM, Maffei, M. V. 234, et Bethmannus, qui mihi exscripsit.

N. 630, maxime suspectus; cf. Kellerm. Vig. p. 32.

5366. · · · · *r*EGEM · QVA · REDACTA · IN POT*estatem divi* ‖ AVGVSTI · POPVLIQVE · ROMANI · SENATV*s* ‖ SVPPLICATIONES · BINAS · OB · RES · PROSP*ere · gestas · et* ‖ IPSI · ORNAMENTA · TRIVMPH*alia decrevit* ‖ PRO · CONSVL · ASIAM · PROVINCIAM OP*tinuit · leg* ‖ DIVI · AVGVSTI · ITERVM · SYRIAM · ET · PH*oeniciam* 1) — Rep. Tibure, nunc in horreis Vaticanis, ubi cum Mommsenio ipse vidi; litterae magnae sunt et pulchrae. Donat. 464, 3; Sanclemente de vulg. aerae emendat. p. 414 cet.

1) Virum hoc titulo honoratum Huschkius, *Census zur Zeit d. Geb. Christi* p. 65 sq., M. Agrippam esse affirmavit; Bergmannus, *Archaeol. Ztg., Anzeigebl.* 1850, p. 173, Sentium Saturninum. Sed hic pravo, quo utebatur, tituli exemplo in errorem inductus est; illius sententiam litteris ad me datis refutavit Borghesius, semel Agrippam ornamentis triumphalibus honoratum esse ostendens, minime vero decretis a senatu, qui triumphum ipsum ei decreverat. Neque, qui tum ab eo victi erant, Bosporani Romanis subiecti sunt, sed Polemoni traditi, ita ut ne regem quidem Agrippa tum superaverit (cf. Dion. 54, 24). Adde quod, quum primum in Asiam missus esset, omnes

provincias transmarinas imperio proconsulari Agrippa rexit, ut postea Tiberius, Gaius Caesar, Germanicus, unde nec proconsul Asiae, nec legatus Syriae recte dici poterat (Ioseph. Ant. Iud. XV, 10, § 2). Quum vero iterum eo proficisceretur, tribunicia potestate honoratus erat, nec probabile, eum minore auctoritate tunc provincias procurasse. Mitto cetera, quae de omissis aliis Agrippae honoribus vir doctissimus adnotavit. — Sanclementius l. l. ad Sulpicium Quirinium inscriptionem pertinere censet.

5367. *m · agrippa*M · COS · TERT ‖ *tribuni*C · POTEST [1]) ‖ · · · · · *a*CRIPPIASTAE ‖ *quorum prince*PS . [2]) C · IVLIVS ‖ *dexi*MACHVS · PRΧOLA*us* ‖ *μ · ἀγρίπ*ΠΑΝ ΤΗΑΤΟΝ ‖ *τὸ γ' δημ*ΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥ*σίας* ‖ *τὸ · · · · ἀ*ΓΡΙΠΠΙΑΣΤΑΙ *ὧν* ‖ *πρέσβυς* [2]) *γά*ΙΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ‖ *δε*ΞΙΜΑΧΟΣ ΠΡ*Α*τ*όλαος* — Misithris Laconiae. C. I. Gr. 1299, rest. Boeckhius, quem secutus sum, nisi quod pro *Pratolai. f.* (*Πρατολάου*) minus bene, ut mihi quidem videbatur, post cognomen positum, agnomen admittendum esse credidi.

1) cf. Dion. 55, 12 et 28. 2) cf. C. I. Gr. vol. I, p. 610.

5368. Q · CAERELLIVS · Q · F · ‖ QVI · III · VIR · CAP · QVAE ‖ PRO · PR · TR · PL · LEGATO (sic) ‖ PRO · PR · TER · PR · PRAEF ‖ FRVM · EX · S · C · S ‖ LEG · TI · CAESARIS · AVG ‖ PRO · COS ‖ EX TESTAMENTO — Q · CAERELLIO · M · F ‖ QVI · PATRI · TR · MILIT ‖ QVAE · TR · PL · PRÆTORI ‖ LEG · M · ANTONI · PRO · COS [1]) — Romae, in coemeterio SSS. Nerei, Achillei et Domitillae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 57.

1) PRO · CO*nSul*ie. Caerellius igitur legatus Antonii fuit mensibus prioribus anni 709, quibus hic ante triumviratum institutum sola dignitate proconsulari ornatus erat.

5369. L · DOMITIVS · AHENOBARBVS [1]) ‖ PRO · COS ‖ TRIMOD · [2]) POSVIT · QVA · CIVITATES · SAL EM [3]) — Uticae rep. nunc Lugduni Batavorum. Janssen, Musei Lugdun. Inscr. tab. XII, 3; cf. p. 83.

1) cos a. 738, procos. Africae anno 742; cf. Marini, Arv. p. 782 = Or. 3693. 2) TRIMODi*um*. 3) EM*etirentur*.

§. 5. GAIVS ET LVCIVS CAESARES.

N. 641, coniungendum cum Mur. 220, 2 alteroque titulo Anonym. Einsiedl. LXXVI, qui cum illis (n. LXXVII. LXXVIII) in porta *Papia* (sic) exstare dicitur, rest. Mommsen, *Epigr. Anal.* 16 (*Berichte d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 315), decem fuisse titulos docens, ita a descriptore confusos, ut pro tribus eos habuerit, dedicatos Caesari Augusto et Liviae filiisque et nepotibus pronepotibusque eorum, praeter Agrippam Postumum e familia exclusum, Claudio denique qui postea imperavit. Inscriptiones autem ita disposuit, ut nn. 1. 2. 3. 4 ad Anon. Einsiedl. n. LXXVI spectare pateat, nn. 5 et 6 ad eiusdem n. LXXVII (Mur. 220, 2), nn. 7. 8. 9. 10 ad n. LXXVIII (Mur. 227, 2; Or. 641):

5.
IMP · CAESARI
DIVI · F · AVGVSTO
PONTIFIC · MAXIMO
PATRI · PATRIAE · AVG · XVVIR · S · F · VIIVIR · EPVLON
COS · XIII · IMP · XVII · (?) TRIBVNIC · POTEST · XXX[1])

1.
NERONI · IVLIO
GERMANICI *f.*
AVG · PRONEPOT
CAESARI[6])

2.
Druso iulio ti. F
AVGVSTI · NEPOTI
DIVI · PRON · CAESARI
PONTIFICI[5])

3.
GERMANICO
IVLIO · *ti* · F
AVGVSTI · NEPOT
DIVI · PRON · CAESARI[4])

4.
TI · CAESARI
A V G V S T I · F
DIVI · NEPOT · PONT
AVGVRIQVE
COS · ITER · IMP · TER TRIBVNICIAE · POT · VIIII[3])

6.
LIVIAI
DRVSI · F
VXORI · CAESARIS · AVG

7.
c · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
PONTIFIC · COS
IMPERATORI[2])

8.
l · CAESARI
AVGVSTI · F
DIVI · NEPOT
AVGVRI · COS · DESIGN
PRINCIPI · IVVENTVTIS

9.
DRVSO · IVLIO
GERMANICI · F
AVG · PRONEPOT
GERMANICO[6]) *f.*

10.
TI · CLAVDIO
DRVSI · GERMANICI · F
NERONI · GERMANICO[7])

1) a. 760. Imperatores qualteor ioagnis collegiis sacerdolalibus adscriptos fuisse, salis coostat; cf. Merçklin, *Cooptation* p. 125, ol. 2) C. Caesar ena cum Aegeslo Arlagiris captis imperalor dictus est, cuius liteli in celeris quidem inscriptioaibus aella meutio; cf. Dion. L, 10 a. 3) Numeri correcti ee iis, qei in Aegusti titulo legeuter. Pontifex Tiberius iam anao 747 dicitur (Or. 599); augeratus viso patre aella meulio fide digua. 4) Iulies in nello fortassa alio moaumaulo dicilor Germaaicus, qeamqoam adoptatus ia Ioliam gentem (Tac. Auo. II, 83) suo iura eo uomine ulitur. Qeo autem tempore hic titules ei positus est, vigiali circiter deos aanos natus quaestor ab Augusto in Paoaoaiam misses est (Dio 55, 31). Haec caussa est, cer nulli eius hoaores commemorentur. 5) Dreses Tiberii filius in aliis quoque monumeotis pontifex dicitur; cf. 660. 6) Fihi parvuli Germanici, nati circa a. 759 et 760. 7) Claudius postea imperator, de ceius nominibus cf. Seel. Claed. 2 et Dion. 60, 2, Or. 716 et 5399. — De siagulis cf. Mommsen, l. l., qui pro *Papia Papiae* acribendum et moaementum in civitate *Pavia*, quae hodie dicitur, ab anonymo observatum esse affirmat. Quae seatenlia eo corroboratur, quod qei apud anonymum has inscriptioaes seqeitor titolus, haud dubie ad manicipium quoddam perliaet, qeod Ticinom fuisse propter tribem Papiriam probabile est; cf. Or. 2250.

5370. Ad C. et L. Caesares fragmentum pertinet Murat. 2017, 6, Ripae Transonis repertum: *p* · *vinicia* · *m* · *f* · *p* · *n* · *p* · *alfenio* · *p* · *f* · *varo* · *cos* · *l* · *caesar* · AVG · F · DEC*essit massiliae* · *xiii* · *k* · *oct* ‖ · · · · · · II · ROMAE · IVSTIT*ium* · *indictum* · *est* · [1]) *et* · · ‖ · · · · · · · DONEC · OSSA · EIVS · IN · AMESO (?) · · · · · · *inferrentur*[2]) *l* · *aelia* · *l* · *f* · *lamia* · *m* · *servilia* · *m* · *f* · *cas* · V · EID · SEPT · BELLVM · CVM · *armeniis*[3]) *exortum est* ‖ · · · · · *c* · *caesar* · *aug* · *f* · IN ARMENIA · PERCVSS*us* · *est* · *ab addone praefecto* ‖ *quum ar*TACIRAM AR*menia-rum*[4]) *urbem obsideret* ‖ *sex* · *aelia* · *q* · *f* · *cato* · *c* · *sentio* · *c* · *f* · *c* · *n* · *saturnino* · *cas*. *c* · *caesar* · *augus*TI · F · [5]) *Decessit* · *limyrae* · *viii* · *kal* · *martias* cet.

1) cf. Tac. Ann. II, 82 de morte Germanici. 2) Eius corpus a tribunis militum et principibus municipiorum Romam delatum esse Dio narrat (55, 12). Quid sit AMESO, nescio; num IN MESO*laeum* ibi erat? 3) Bellum contra Armenios hoc loco commemoratum esse suspicatus sum, quia statim post de Artagira vulneraque a Gaio accepto agitur; cf. Dion. l. l. 10 a. 4) In exemplo Muratoriano inter A et R punctum visitur. 5) Murat. TIE. — Ceterum in supplendo titulo ipsa verba me as-secutum esse minime puto.

§. 6. CAESARVM FAMILIA PRAETER IMPERATORES EORVM-QVE CONIVGES ET GAIVM AC LVCIVM CAESARES.

N. 648, rep. 1786 in loco *Cesio maggiore*, nunc *Centenerae*; Hormayr, *Archiv* 1816, p. 666; v. 1. TI. CLAVDIVS cet.

N. 651, v. 1. HILARA; vidi ipse in Mus. Cap.; recte quidem Or. titulum Octa-viae Claudii filiae tribuit, sed male omissam esse dixit *filiae* notam, quum *uxoris* nota, ut saepissime, desit. Fuit enim coniux Neronis imperatoris. Eadem dicitur Caesaris Augusti, i. e. Claudii, filia in titulis n. 5390 et n. 5391. Cf. Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1831, XLIX, p. 230 sqq.

N. 652, mutilus; restitue: DRVSO . *caesari* ‖ TI . AVG . F . *divi* . *aug* . *n* ‖ DIVI . IVLI . PRO*n* . *aug* . *pont* ‖ SODAL . AVGV*st* . *cos* . *ii* . *tr* ‖ POT . II . XV . VIr . *sacris* . *fac* . CIVIT . *Camunn*. — Ipsa iam titulum restitueram, quum La-bus liber „*Marmi Bresciani*" ad me pervenit; cum supplementis ab eo propositis mea supplementa plane conspirant, nisi quod *Camunnos* commemoratos fuisse ille recte vidit (p. 156), *auguratum* ante pontificatum ego inserui.

N. 656 idem, qui n. 662 male exscriptus et cum alio titulo conglutinatus legitur. COS . II . IMPERAT. Mommsen, I. N. 81.

N. 657 ante FECIT insere *rE*; in Museo Capitolino ipse vidi.

N. 658, Borghesius, *Decadi num.* XV, 3, p. 20 erasum esse docet: *uxori Asinii Galli*. Vipsania enim Agrippina, filia Agrippae ex Pomponia Attici filie, sponsa Ti-berio, quum *vix annicula* esset (Corn. Nep. Att. 19), a. 742 ab hoc dimissa, Asinio Gallo nupsit, de quo v. Tac. Ann. VI, 23; Borghesi l. l. et *Giorn. Arcad.* 1832, LIV, p. 66 sqq.; Tac. Ann. I, 12; Dion. 57, 2; Suet. Tib. 7. Drusi mater di-citur etiam a Tac. Ann. III, 19.

N. 659, v. 2 dele F et scribe M . AGRIPPAE . *f*; v. ipse.

N. 662, corr. n. 556. Alter titulus sic legendus est: AVGVSTAE IVLIAE ‖ DRVSI . F ‖ DIVI . AVGVST; Mommsen, I. N. 80; cf. n. 5364.

N. 666, ex sententia Mommseni, *Epigr. Anal.* 16, p. 318 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) ad filium Tiberii pertinet.

N. 671 ita suppl.: IVLIAE . GERM*anici* . *f* ‖ AGRIPPINAE . TI . CLA*udi* . *caes* . *aug* . *germanici* ‖ PONT . MAX . *Trib* . *pot* . *patrie* . *patriae* ‖ L . MAM*miae ma-ximus*; Mommsen, I. N. 2398.

N. 674 nunc mutilum v. in Mus. Cap.

N. 677, ut nn. 654, 668, 669, 670, in Mus. Vat. exstat. In n. 677 l. GERMA-NICI . *Caesoris* . *f*.

5371. C · CLAVDIVS · MARCELLAE · L ‖ AGON — Romae, in columbario prope portam S. Sebastiani reperto. Ded. Campana marchio.

5372. TYCHIVS · MARCELL ‖ DEC · QVAESTOR · BIS [1]) ‖ IRENA · MARCELLAE · L · SARCIN [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) cf. Or. 645.

5373. SYNETR · · ‖ MARCELLAE ‖ MAIORIS — Ibd.; dedit idem.

5374. C · CLAVDIVS · MARCELLAE ‖ MINORIS · L · PHASIS · DECVRIO ‖ MONVMENTVM · DEDICAVIT · ET ‖ DECVRIAE · EPVLVM · DEDIT · D · S · P · HVIC ‖ DECVRIA · EX · AERE · CONLATO · IMAGINEM ‖ DECREVERVNT [1]) — Ibd.; dedit idem.

1) De Marcella maiore et minore C. Claudii Marcelli filiabus ex Octavia Augusti sorore cf. Eckhel VI, 160 et Drumann, Gesch. Roms II, p. 401. — Decuria est sive servorum sive libertorum.

5375. TI · CLAVDIVS · TI · F · NERO · PONT · COS · $\overline{\textit{II}}$ · TRIB · POtEST $\overline{\text{V}}$ *imp* ‖ NERO · CLAVDIVS · TI · F · DRVSVS · GERM · AVGVR · *Cos* · *iMp* ‖ MVRVM · PORTAS · TVRRIS · F · C [1]) — Saepini. Mommsen, I. N. 4922.

1) Pertinet ad Ti. Caesarem ante adoptionem et eius fratrem Drusum, post cuius mortem titulum incisum esse ipso nomine Germanici declaratur (cf. Dion 55, 2, Suet. Claud. 1). Tituli autem Tiberii ad a. *753—757* pertinent; cf. Eckhel VI, p. 183 sqq.

5376. EVROPA ‖ ANTONIAES ‖ DRVSI [1]) — Ibi ubi est n. 5371 deditque idem.

1) Matris Claudii imperatoris, quae a Gaio Caesare Augusto nepote Augusta dicta est; cf. Eckhel VI, 179, Dion. 59, 3, Suet. Calig. 15, et praeter Or. 649 et 650 titulum sequentem:

5377. M · ANTONIVS · AVGVSTAE · L ‖ PINDARVS · DEC [1]) ‖ CLAVDIA · GERMANICI · L · CALLITYCHE [2]) — Ibd.; dedit idem.

1) sc. collegii. 2) Nota libertos Germanici alios Iulios appellari (Or. 657), alios Claudios.

5378. ATTICVS · AGRIPP [1]) ‖ CAESARIS · DISP — Romae, Borghesio misit Vescovalius.

1) Agrippa Postumus, a. *757* in familiam Caesarum adoptatus, anno deinde *760* abdicatus et in insulam deportatus; de eo v. Eckhel VI, p. 175.

5379. DRVSO · TI · CAESAR ‖ AVGVSTI · F · DIVI ‖ AVG · N · DIVI ‖ IVLI · PRON ‖ CAESARI · COS · [1]) PON‖TIFICI — Caiatiae, Maff. M. V. 478, 6; corr. Mommsen, I. N. 3906.

1) a. *768*; cf. Eckhel VI, 202.

5380. GERMANICO *ti* ‖ CAESARIS · AVG · *fil* ‖ DIVI · AVG · *nep* ‖ DIVI · IVLI · PR*onep* ‖ CAESARI · COS · II · [1]) AV*gurt* ‖ D · D — Ibd. Maff. l. l. 478, 7; Mommsen, l. l. 3905.

1) a. *771*.

5381. Fragmenta senatusconsulti, quo Druso Caesari post mortem honores tributi sunt, ed. Maff. M. V. 313, 1; corr. Borghesius, qui vidit duo, tertium ab Amatio correctum accepit, Bull. Inst. 1831, p. 137:

1) · · · · · · · · · · · · · · ·	I · · ·
· · · · · · · · · · · RIS SVI	· · · · ·
· · · *dru*SI CAESARIS INCVR	CVIV*s* · · ·
ia · · · · CAESARIS AVGVSTI	HABITV · · ·
· · · · *re*M DIVINAM PAREN	TEMPORIS V · · ·
tetur	EQVESTRIS QVOQ O*rd* · · ·
· · PRINCEPS AVTEM NOS	LEM DOLOREM PVB · · ·
· · · · · · VERIT · STVDIVM	NENDI PLVRIMOS ET · · ·
· · · I STATVA EQVES	DRVSI CAESARIS · CONSE · · ·
tris · · · · · · · · · · · VR	CAESARIS · IN LVPERCALIB*us* · · ·

2) · · · · · · · · · · · · · ?ILA	VTIQVE CLVPEVS · ARGENTEVS · C · · ·
· · ·	RENTVR · IDIB · IVL · CVM TITV*lo* ·
· · · · · · · · · *marm*OREO	ESSE DRVSO CAESARI TI CAES A*ug* · *f* ·
· · ·	VTIQVE OMNIBVS *sacris carminibus*
· · · · · · · · · · · · · OTI	CAESARIS NOMINA R*ecitentur* ·
· · ·	PLEBIS QVOQ · VRBANAE · AEQ · · · · ·
· · · · · · · *ae*DIFICASSET	RITATEM QVAE NIHIL R · · · · ·
· · · · · · · · · · O INQVO	TA MODVMQ TEMPOR · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · CAESARIS	PLEBIVRBANA*e* · · · · · · · · ·
· · ·	QVAM C · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · E · STATVA I	· · · · · · · · · · · · · · · · ·
· · ·	· · · · · ·
· · · · · · · · · · · S EIVS	· · · · · ·
	· · · · · ·

3) · · · VE · QVAS CIVIVM ROMANORV*m* · · ·
· · · I LVDOS FIERI ALIVDVE QVOD · · ·
· · *rom*ANOS CIRCIENSES FIERI SOLEN*t* · · ·
· · · *p*ONERENTVR INQVE EO HOC S · · · ·
· · · · · ARBITRARI PONTIFICES F · · · · ·
· · · · · *s*OLLEMNIBVS IN CIRCVM · · · ·
· · · · · · CONSVETVDINEM CELE · · · ·
· · · *quo*D PONTIFICES AVG *Xv viri sacris faciundis*
*vii viri epulonum de*CREVISSENT · · · ·
· · · · · F ITAQVE · · · · · · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · · · · · · [1])

1) De honoribus Druso decretis cf. Tac. Ann. IV, 9: *memoriae Drusi eadem quae in Germanicum decernuntur, plerisque additis, ut ferme amat posterior adulatio.* Honorem clipei argentei eum fuisse Borgh. suspicatus est, ut *turmae equitum idibus Iuliis imaginem eius sequerentur* (cf. Tac. Ann. II, 83 de honoribus Germanici). Eundem vero honorem, de quo Tac. l. l., *ut ludos Circenses eburna effigies* (Germanici) *praeiret*, Druso quoque decretum esse, Circensium mentione satis constat. De nominibus carminibus sacris recitandis cf. de Augusto Dion. 51, 20, de Germanico Tac. l. l.

5382. Fragmenta senatusconsulti de honoribus Germanico post mortem tribuendis ed. Fea, *framm. di Fasti* p. XVI, tab. III; corr. Borghesius, qui vidit, et cuius exemplum hic offero, adiunctis quae varie a Fea lecta sunt, nisi male eum legisse clare apparet.

. . . .		
RE . .		. . . . ERQVE · DOMESTIC . . .
MI . .		. . . . ⁻I CAESAR · AVG . . . . . .
ŌS (?) M . . . [1])		. . . . DI IRAN : · MARE · [5]) SE . . . . . .
RATIS · E		. . . \ ALIQVAM . . . .
PRO COS MI . . .	*carmine quod canit*	VR · IN PALATIO [6]) . . . .
NON · PAR CES . . .		. . . IN EODEM LIBRO . . . .
CAESARIS · PONI . . .		*germ*ANICVM · ARBITR/ . . . .
ANTONIAE · MAT*ris* [2])		. . , SENATVI · PLACERE · VTI . . . . .
ALTER · IANVS · FIERET . . . [3])		*im*AGINES · PONERENTVR · SVPR . . . .
REGIONIBVS · QV		. . . . \ · QVAE · EX · S · C · HONORANDI . . .
CON · VENIENS · R\		. . .QVI · INTER · ALIA · EODEM · VOI . . .
TERTIVS · IANVS · VE		. . . . MAR · PROVINCIARVM · ASIA . . .
CITVS · DEINDE · PEI . . . . *ger*		. *gra*TIAS · AGERE · ET · ADGNOSC*ere* . [7])
MANIS · ET · PRAEC . . . . *ad tumu*		. . . OCARENTVR FIERE! . . . .
LVM · DRVSI · FACEI		. . . . IS · CVM · HONOR [8]) . . . .
ET · CVM · ESSET · IN · E		. . . . *c*AESARVM · QV . . . . . .
EX · HOC · S · C · FACTVS . . . *ubi corpus Germanici*		. . . . ARENT . . . .
CAESARIS · CREMAT*um est* [4])		. . . . . . IN . . . .
RASSET TRID		
. . . .		

Cf. Niebuhr, apud Feam, *Varietà di notizie, Roma* 1820, p. XV. — 1) MI . . . . . ⁿ'IVM . . . . , Fea. 2) Antonia mater Germanici. 3) Tres arcus Germanico decretos esse Romae, apud ripam Rheni et in monte Syriae Amano Tacitus docet, Ann. II, 83. Hunc hoc quidem loco iudicari Niebuhrius censet, quia una cum tertio et Germani et tumulus Drusi commemorantur, de quo cf. Suet. Claud. I et Dion. 55, 2. 4) sc. Antiochiae, Tac. l. l. 5) l. TRANS MARE; CITRA Fea. 6) i. e. Saliari; cf. Tac. II, 83, Niebuhr et Borgh. Bull. Inst. 1831, p. 138. 7) „Postremum vides de *provinciis Asiaticis* agi, quibus gratias ageret senatus et agnosceret quae illae in Germanicum vivum eiusque memoriam honorificentissime fecerant." Nieb. — MAR fortasse *finiti*MAR*um* ? 8) DONAR⁻ . . . , F.

5383. AGRIPPINAE · M · F ‖ GERMANICI — Aeserniae. Garrucci, St. d'Isernia n. 18, p. 95; corr. Mommsen, I. N. 5015.

5384. TI · CAESARI ‖ DRVSI · F ‖ TI · AVGVSTI · N ‖ DIVI · AVGVSTI · PRON [1]) ‖ P · VARIVS · P · F · AEM ‖ LIGVS · FILIVS — Albae Pompeiae. Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 5.

1) Druso filio Tiberii natus ex Livia a. 772, consors imperii Caligolae constitutus, ab hoc adoptatus et princeps iuventutis dictus, sed paullo post interfectus; cf. Eckhel VI, p. 203.

5385. ELATE · IVLIAE ‖ DRVSI · CAESARIS ‖ FILIAE · [1]) LIBERTAE ‖ APHRODISIVS · C · CAESARIS ‖ SER · FEC — Romae, in Mus. Vat. Mur. 1001, 1; v. ipse.

1) Soror praecedentis, de qua cf. Eckhel VI, p. 202.

5386. DRVSO CAESARI ‖ GERMANICI CAESARIS ‖ FILIO ‖ TI AVGVSTI NEPOTI ‖ DIVI AVGVSTI PRONEPOTI ‖ PONTIFICI [1]) — Rep. in Troade, nunc Cantabrigiae. C. I. Gr. ad n. 3612.

1) cf. n. 666.

5387. IVLIAE · AVGVSTAE · GERMANICI · CAISARI*s fil* ‖ AGRIPPINAI ‖ *tI* · *cl* · *c*AISA*ris* · *aug* ‖ *germanici* — Caere. Descr. Mommsen; ipse restitui.

5388. C · PAPIVS · ASCLEPIADES ‖ PAPIA · EROTIS · L · ‖ IVLIA · IVCVNDA · NVTRIX ‖ DRVS*i* · ET · DRVSILLAE [1]) — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Canina.

1) Natorum Germanici.

5389. DIVAE · DRVSILLAE · SORORI ‖ · · · · · · · [1]) AVGVSTI ‖ GERMANICI — Caere. Descr. Mommsen.

1) C. Caesaris nomen abrasum.

5390. PAEZVSAE · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F [1]) ‖ ORNATRICI ‖ VIX · ANN · XVIII — Romae, in Columbario ad portam D. Sebastiani reperto. Iahn, Spec. epigr. p. 25, n. 8; Borghesi, Giorn. Arcad. 1831, XLIX, p. 230 sqq.; et:

5391. PHILETVS · OCTAVIAE ‖ CAESARIS · AVGVSTI · F [1]) ‖ AB · ARGENTO · FECIT · CONTVBERNALI · SVAE ‖ CARISSIMAE · ET · SIBI — Ibd. Iahn l. l. 9; Borghesi, l. l.

1) cf. ad n. 651. Octavia Claudii imperatoris filia appellatur, quia titulus positus est, antequam Neroni nupsisset.

§. 7. TIBERIVS, EIVSQVE TEMPORA. CALIGVLA.

N. 681 spurius; cf. Mommsen, l. N. 598*.

N. 682 spurius. Neque enim Tiberius princeps iuventutis erat, et, quum ab Augusto adoptaretur, cum consul erat II (nam anno 747 fasces iterum gesserat), tum tribunicia potestate honoratus.

N. 684 spurius. Neque intelligo equidem, quo modo de censura Tiberii Orellius cogitare potuerit, quum Tiberius et Augustus cum imperio consulari illum censum egerint, de quo Suet. Tib. 20 verba facit; cf. Monum. Ancyr. II, 8, et Borghesi, *sull' ultima parte della serie de' censori* cet., Romae, 1836, 4, p. 122 ex Actis Academiae Pontif.).

N. 687, corr. nuper O. Iahn, *Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1851, p. 119 sqq. et Mommsen, I. N. 2486. Pro THENIA . . EORONXX I. . . THENIA SArdae uELORON.

N. 693 corr. Labus, *antiche lapidi tergestine*, *Denkschr. d. Wiener Akad.* 1850, p. 360: SEX . PALPELIO ‖ P . F . VEL . HISTRO ‖ LEG . TI . CLAVDI ‖ CAES . AVG . PRO . COS ‖ . . . . PR . TR . PL . Q ‖ $\overline{X}$. VIR . STLIT . IVDIC ‖ TR . MIL . LEG . XIIII . GEM ‖ COMITI . TI . CAES . AVG ‖ C . PRIERIVS ‖ FELIX ‖ NEAPOLITANVS ‖ BENEFIC . Ex hoc titulo nomen *P. Atellii Hietri* apud Tac. Ann. XII, 29 corrigendum esse ostendit nuper Borghesius apud Noël des Vergers, *lettre à Mr. Firmin Didot*, p. 3 (*Revue encyclopédique*, *juillet* 1847).

N. 695 spurius; cf. Borghesi, *Diploma di Traiano Decio* p. 32 (Att. Acad. Pontif. 1840).

N. 700, idem qui n. 468. Titulus male exscriptus ad Caligatam certe non pertinet, quippe qui nunquam *imp. Caesar Caius* appellatus sit, sed *C. Caesar Augustus*; cf. Eckhel, VI, p. 218 sqq. [Pertinere videtur ad impp. Diocletianum et Maximinum, v. inscr. Helv. n. 272. Mommsen.]

5392. TI · CLAVDIVS · NERO · PATER ‖ TI · CAESARIS · AVG — S. Benedicti ad lacum Celani, Mommsen, I. N. 5488.

5393. TI · CAESARI DIVI ‖ AVGVSTI · F ‖ AVGVSTO · PONTIFICI ‖ MAXIMO · PRINCIPI ‖ OPTIMO ‖ L · GEMINIVS · Q · F · CAM ‖ ATTICVS ‖ AVRI · P · V ‖ ARGENTI · P · V — Basis parva rep. in basilica Iulia, ubi vidi. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5394. LIBVRNVS · L · SEI ‖ STRABONIS · [1]) A · MANV ‖ SALVILLA · CONIVNX · FECIT — Romae, apud marchionem Campanam. Borghesi, *sopra una iscriz. del Museo Campana* (ex *Saggiatore* I, 1, Romae 1844), p. 1. Vidi ipse.

1) Pater Seiani, praefectus praetorio Caesaris Augusti (cf. Vellei. Pat. II, 127, qui eum *principem equestris ordinis* dicit, et Tac. Ann. VI, 8), post eaius mortem solus, mox cum filio cohortibus praeerat, anno 770 praefectus Aegypti a Tiberio factus est (Dion. 57, 19), in quo munere post paucos annos decessit; l. l.

5395. *rub*ELLIAE ‖ *bla*NDI · F · BASSAE [1]) ‖ · · OCTAVI · LAENATIS [2]) ‖ SERGIVS · OCTAVIVS ‖ LAENAS · PONTIANVS [3]) ‖ AVIAE · OPTIMAE — Rep. sub colle Tusculano, vidi in villa Aldobrandinia Frascatana. Bull. Inst. 1845, p. 156.

1) C. Rubellius Blandus cos. a. 770 (Borghesi, l. l. p. 150 sqq.), maritus Iuliae filiae Drusi Tiberii filii inde ab anno 786 (id. p. 158). 2) Vir aliunde haud cognitus. 3) cos. a. 884, collega M. Antonio Rufino.

5396. C · CAESARI ‖ GERMANICI · F ‖ TI · AVG · N ‖ DIVI · AVGVSTI ‖ PRONEPOTI ‖ GERMANICO ‖ PONTIFICI · Q [1]) — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arc.* LVI, 1832, p. 323. Ibidem alterum huius tituli exemplum exstat, compendiis tantum verborum ab hoc diversum.

1) Caligula a. 784 pontifex, a. 786 quaestor factus est; cf. Dion. 58, 7 et 23; Eckhel VI, p. 218.

5397. S · P · Q · R ‖ C · CAESAR ‖ AVG · GERM ‖ P · M · TR · POT ‖ COS [1]) — *Caltagirone* Siciliae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 55, 1.

1) Marmor vidit Stephanius, qui antiquam titulum esse indicavit, nummorum inscriptionibus satis similem.

5398. · · · · · · · · LIVIA · *d*RVSI · F · VXSOR · · · · [1]) ‖; deinde litteris minoribus: IMPP · *Caes*S · SEVERVS · ET · ANTO*ninus* ‖ ET · *Iulia* ·

Pia · AVG · MATER · AVG · · · Rep. in loco, quem *Roma vecchia* dicunt, spectat ad Aquam Claudiam et Anienem novum (?) Bull. Inst. 1831, p. 28. Vidi ipse in tabulario. Litterae nonnullae nunc desunt, quae a Fea legebantur.

1) Fea l. l. C. Caesaris Aug. uxorem alteram hoc titulo commemorari credit, quam Dio (59, 8) *Corneliam Orestinam* appellat, Suetonius (Cal. 25) *Liviam Orestillam* (cf. Eckhel VI, p. 229). Neque tamen video, cur heic potius, quam Liviae Augusti monumentum tribuerit, quam Drusi filiam fuisse apud omnes constat, quum Orestillae pater, quod equidem sciam, plane ignotus sit. Quod autem ad Aquam Claudiam pertinere titulum dicit, a Gaio Caesare aedificari coeptam, id nescio, num argumentis tam firmis probari possit, ut his adductus aliquis Gaii uxorem iudicari sibi persuadeat. Titulum propterea hic afferendum esse censui, ne quis neglectam Liviae Orestillae memoriam mihi crimini vertat.

De Caligula cf. praeterea n. 5192.

§. 8. IMP. CLAVDIVS.

N. 708, v. 3 TR . POT . VI; v. 4. DES; *Giorn. Arcad.* LXXVIII, p. 289.

N. 709, v. 4 AEGIPTI; l. l. t. XXXIX, p. 227; not. 1 pro IVLIAE scr. VALERIAE.

N. 712 praeter alia quaedam minus accurate lecta nota in saxo esse COS iIII (v. 5), EX TESTAMEnto . . . mESSI L . F . MeN (v. 7), MILIT , COHOR (v. 8); Mommsen, I. N. 2396.

N. 715, v. 4. $\overline{V}$. IM . . . ; v. 5. PO . . . . ; v. 8. GENTESQVE . B . . . ; v. 9. INDIC . . . V. in aedd. Barberinianis. Cf. Kellermann, apud Orell. Anall. epigr. p. 36.

N. 716; cf. Borghesi, Annal. Inst. 1850, p. 365.

N. 721 idem ac n. 2927.

N. 723, v. 3. TR . PL; v. 6. PATRICIOS; v. 8. CAESARIS . AVGVSTI; v. 10. MARSI . F . LAELIA; num LAELIANA ? — Haud dubie, quae notavi, recipienda erant ex Grut. 454, 1.

5399. *ti* · *c*LAVDIO ‖ *dru*SI · GERMAN · F ‖ *ner*ONI · GERMANICO ‖ *aug*VRI · SODALI · AVG ‖ *sod*ALI · TITIO · COS [1]) — *Polae.* Istria II, p. 35.

1) Claudius est, qui postea imperavit; cf. ad n. 641, 10.

5400. TI · CLAVDIVS · CAESAR ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · VI ‖ COS · DESIG · IIII · IMP · XI · [1]) P · P ‖ VIAM · CLAVDIAM · AVGVSTAM ‖ QVAM · DRVSVS · PATER · ALPIBVS · ‖ BELLO · PATEFACTIS · DEREXSERAT ‖ MVNIT · A FLVMINE · PADO · AT ‖ FLVMEN · DANVVIVM · PER · M ‖ P · CCCXX [2]) — Mil. rep. in flumine Athesi in agro Veronensi. Férussac, *Bull.* 1829, 12, p. 458, ex Giovanelli, *Beiträge zur Gesch, etc. von Tyrol und Vorarlberg*, I, p. 1.

1) a. 799 = 46. 2) cf. nn. 648; 708.

5401. VALERIA ‖ MESSALLINAE · AVGVSTI ‖ L · CAENIS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani rep. — Ded. Campana v. cl.

5402. EVARISTI ‖ ET · DROSI · ‖ MESSALLINAE · AVG ‖ AB ORNAMENTIS — Romae, lamina aenea inaurata. *Novelle letterarie Fior.* 1778, p. 139.

5403. I · O · M · ET ‖ DIVO · CLAVDIO CAESAR ‖ AVG · GERMAN · TRIB · POT · XIIII [1] ‖ P · ANTEIVS · P · ANTEI · SYNTROPHI · L ‖ HERMA · IIIII · VIR · ET · AVG ‖ PORTICVM · V · S · L · M · LOC · ACCEP? · D · D [2]) — Rep. Salonae, nunc in Museo Spalatano. Lanza, *antiche lapidi Salonitane inedite*, n. I.

1) Nota trib. pot. cum *Divi* titulo coniunctam. 2) ita in exemplo Lanzae legitur. Est: LOCo . ACCEPTo . *Decurionum Decreto*.

5404. L · ANNEIIO · L · F ‖ DOMITIO ‖ PROCVLO ‖ C · P · PRONEPOTI ‖ ANTONI ‖ FELICIS [1]) ‖ ANTONIA ‖ CLEMENTIANA ‖ AVIA ‖ L · D · D · ;D — Polae. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 109.

1) Notissimus Claudii (vel potius matris Antoniae) libertus, procurator Iudaeae, de quo cf. Tac. Hist. V, 9; Ioseph. Antiqq. Iud. XX, 7, 8; Suet. Claud. 28; Tillemont, I, p. 192; Eckhel VI, p. 243. — V. Bull. l. l.

§. 9. NERO.

N. 732, not. 6: SAVFETO legit etiam Mommsenius in ectypo chartaceo Florentiae a Migliarinio sibi oblato.

N. 733, v. 2. POPPAEAE . AVG, sed v. 3. DISPINSATOR; idem, qui vidit Perusiae.

5405. TI · CLAVDIO ‖ TI · CLAVDI · CAESARIS ‖ AVGVSTI · GERMANICI ‖ P · P · F · NERONI ‖ CAESARI [1]) ‖ D · D — Fortasse Herculanei. Mommsen, I. N. 2399, qui vidit in Mus. Borbonico; Münter, *Reise*, p. 71.

1) His nominibus utebatur Nero, quum a Claudio adoptatus imperium nondum accepisset; cf. Eckhel VI, p. 260, et titulum Aeclanensem l. l. n. 1097: NERONI . CLAVDIO . CAESARI ‖ TI . CLAVDII . CAESARIS . AVG . F.

5406. Q · VOLVSIO · SATVRN · ‖ P · CORNELIO · SCIP · COS [1]) ‖ AVGVSTALES ‖ QVI ////////// CLAVDIO ‖ CAESARI · AVGVST · ET ‖ /////////// AVGVSTAE [2]) ‖ I · O · M · ET · GENIO · COLONIAE ‖ LVDOS · FECER · XIII · XII · K · MART ‖ C · TANTILIVS · C · C · L · HYLA ‖ CN · POLLIVS · CN · L · VICTOR ‖ C · IVLIVS · C · L · GLAPHYR · ‖ CVRATORIBVS ‖ ········· Puteolis tribuit Mommsen, I. N. 2463; Grut. 9, 4, cet. Titulum hic referendum esse censui, ne quem in errorem induceret iudicium nimis acutum Steineri, qui, quum in priore Inscriptionum Rhenanarum editione Coloniae Agrippinae monumentum Puteolanum adscripsisset (n. 886), nuper spuriam esse affirmavit inscriptionem minime suspectam; v. Codex Inscr. Danub. et Rheni, II, p. 113.

1) a. 56. 2) Nomina Neronis et Agrippinae erasa.

5407. NERO · CLAVDIVS DIVI CLAVDI · F · GERMANICI · CAESAR ‖ N TI CAESARIS · AVG · PRON · DIVI · AVG · ABN · CAES ‖ AVG · GERMAN · PONT · MAX · TRIB · POT · VII · IMP · VII ‖ COS · IIII [1]) PEDITIB · ET · EQVITIB · QVI · MILIT · IN ‖ COH · VII QVAE · APPELLANTVR · I · ASTVR · ET · GAL‖LAECOR · ET · I · HISPAN · ET · I · ALPINOR · ET · I · LVSI‖TANOR · ET · II · ALPINOR · ET · II · HISP · ET · V · LVCIENS ‖ ET ·

GALLAECOR · ET · SVNT · IN · ILLYRICO · SVB · L · SALIIVIDIENO · SALVIANO · RVFO · QVI · QVINA · ET · VICENA ‖ STIPEND · AVT · PLVRA · MERVER · QVOR · NOMIN ‖ SVBSCRIPT · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQ ‖ — EORVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM · EST ‖ CIVITAS · IIS · DATA · AVT · SI QVI · CAELIB · ESSENT ‖ CVM · IIS · QVAS · POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAX ‖ SINGVLI · SINGVLAS · A · D · VI · NON · IVL · CN · PEIIDANIO · SALINATORE · L · VELLEIO · PATERCVLO ‖ COS · [2] COH · II · HISPAN · CVI · PRAEST · C · CAESIVS ‖ APER · EQVITI · IANTVMARO · ANDEDVNIS · F ‖ VARCIANO · DESCR · ET · RECOGN · EX · TABVLA ‖ AENEA · QVAE · FIXA · EST · IN · CAPITOL · AD · LAIITVS · SINISTR · AEDIS · THENSAR · EXTRISECVS — Vindobonae. Arneth, *Militärdipl.* tab. I, p. 27. pars exterior.

1) a. 60. Neronem eo anno imperatorem VII appellatum fuisse, hoc monumento docemur; Eckhel VI, p. 264. 2) Anno 60 Nero ipse per sex menses cum Cornelio Lentulo fasces gessit; kalendis autem Iuliis suffecti Velleius Paterculus et Pedanius Salinator, in cuius locum kal. oct. Pompeius Vopiscus successit; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 174.

Titulos Octaviae primae Neronis uxoris v. nn. 651. 5390. 5391. Ad alteram, Poppaeam, antequam imperatori nupsisset, hic titulus pertinet:

5408. TERTIVS ‖ PRISCI POPPAEAE ‖ SABINAE DISPENS ‖ VICARIVS · ARAM ‖ ET · CREPIDINEM FECIT ‖ IDEM ········· AN ‖ ANO ······· VII ‖ D D L D — Asisii exscr. Mommsen; minus accurate Bull. Inst. Arch. 1835, p. 154.

5409. ARGENNE · POPPAEAE · AVGVSTAE · AVGVSTI · LIBERTA ‖ APOLLINI · ET · NYMPHIS · VOTVM · L · D — Ex Ischia insula in Mus. Borb. illatus. Idem, I. N. 3515.

5410. POLYTIMV*s* ‖ POPPAEAE · AVG · NERON*is caes · aug* ‖ DISPENSATOR · FOR*tunae · v · s* — Perusiae. Exscr. Mommsen; cf. n. 733. Vermiglioli, Iscr. Perugine p. 370, n. 9. Cf. n. 6387.

5411. AGRIMATIO ‖ STATILIAES ‖ TAVRI · F · MESSALLINAE [1] ‖ PVMILIO — Romae. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 34, 4.

1) cf. Grut. 995, 6. Borghesius, l. l. p. 40, dubitat, utrum tertia imperatoris Neronis coniux, an huius amita filia Tauri cos. a. 764 indicata sit. Ad illam spectat titulus Grut. 618, 9, qui Romae repertus, nunc Neapoli in Mus. Borbon. asservatur: DIs . MANIBVS ‖ SVCCESSAE ‖ MESSALINAE . (sic) NERONIS . LIB . ‖ EPAPHRODITVS . ‖ PRISCA . ONESIME . ‖ MATRI . PI . ISSIMAE . FECERVNT. Exscr. Mommsen, I. N. 7102.

5412. D · M ‖ PHOEBI · ACTES ‖ AVG · L · L · PROC ‖ SVMM [1] ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae, in S. Mariae in Ara coeli. Ex cod. Rigazziano Borghesius.

1) PROC*urator* SVMM*arum*.

5413. D · M ‖ CLAVDIE · ACTES · L ‖ EVRYDICES · CLAVDIVS ‖ PHOEBVS CONIVGI B ‖ MERENTI ET PENSATA ‖ SORORI · PIISSIMAE ‖ FECERVNT — Ibd. idem.

5414. A · TVRRE · XVI ‖ IMP · *nero* . *claudius* · DIVI ‖ CLAVD · F · GERMANICI ‖ *cae*SARIS · $\overline{\text{N}}$ · *ti* · CAESARIS ‖ *aug* · *pron* · DIVI · *aug* · ABN ‖ *caes*AR · AVG · GERMANIC ‖ *p* · *m* · *trib* · POTEST · $\overline{\text{XIIII}}$ ‖ *imp* · *xi* · · · *cos* · *v* · *pat* · *pat* 1) — Cippus mil. in loco *Scala di Ciocca* Sardiniae, nunc in Museo Sassaritano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 472, n. 20.

1) a. 68.

§. 10. GALBA. VITELLIVS.

5415. · · *sulpic*IVS · SER · F · GALBA · COS · 1) PAVIMENTVM ‖ *faciundum locavi*T · EISDEMQVE · PROBAVIT — Tarricinae, in opere musivo. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 98.

1) Imperator Galba cos. a. 33, cos. II a. 69; frater eius Gaius cos. a. 22. Incertum est, ad utrum titulus pertineat. Ad patrem eorum spectare nequit, quippe qui Gaii filius esset; cf. Borghesi, Ann. Inst. 1848, p. 268.

5416. Liberti imperatoris exstant apud Mur. 916, 6: SER · SVLPICIO ‖ AVG · L · FAVSTO ‖ AB ADMISSIONE ‖ SER · SER · SVLPICI ‖ AGATHEMER ‖ ET THALLVS ‖ CONLIBERTO — et 1014, 5.

5417. A · TVRRE · XXXVIII ‖ IMP · VITELLIVS · CAESAR 1) — Fragmentum cippi mil visum anno 1828 inter *Torralbam* et *N. S. di Cabu Abbas* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, 472, 19.

1) Vitellium Caesaris nomen recusasse et inclinante tantum fortuna superstitione nominis Caesarem se dici voluisse constat (Tac Hist. II, 62; III, 58; Suet. Vit. 8). Neque tamen propterea pro spurio titulum habendum esse censeo, quem testis locupletissimus exstare affirmat. Fieri poterat, ut in provincia nomen Caesaris ei tribueretur, antequam id eum aspernatum esse innotuisset, ut in nummis Alexandrinis idem nomen reperitur (cf. Eckhel, VI, p. 310). Quod si minus placet, exeunti eius imperio monumentum assignandum est.

§. 11. VESPASIANVS.

N. 741 extr. corr. P . P.

N. 746 cf. 2364.

N. 747 corr. Mommseo, I. N. 2400: FLÁVIAE . DOMITILLAE ‖ *imp.* VESPÁSIANi . CAESARis AVG.

N. 749, v. 7 l. LEG . $\overline{\text{XIII}}$; v. 16 pro P l. F; Tonini, *Rimini* p. 352, 44, ex Cod. Bigarziano. Titulum plane similem eidem viro *salinatores civitatis Morinorum* fecerunt; l. l. n. 45.

N. 750 ipse vidi. Apicibus titulus distinctus est. V. 1 extr. A . . . i. e. *Anianai*; Fea, *Fasti* p. CIII, qui versuum distributionem accuratius indicavit. Postea l. CRERONENSI, et errore quadratarii IN ‖ IN HISPANIAM.

5418. IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVGVSTVS · PONTIFEX ‖ MAXIMVS · TRIBVNIC · POTESTAT · $\overline{\text{V}}$ · IMP · $\overline{\text{XIII}}$ · P · P ‖ COS · $\overline{\text{V}}$ · DESIGNAT · $\overline{\text{VI}}$ · CENSOR 1) ‖ EQVITIBVS · ET · PEDITIBVS · QVI · MILITANT · IN · ALIS SEX ‖ ET COHORTIBVS DVODECIM QVAE APPELLANTVR ‖ $\overline{\text{I}}$ · FLAVIA GEMINA · ET · $\overline{\text{I}}$ · CANNENEFATIVM · ET · $\overline{\text{II}}$ · FLA‖VIA · GEMINA · ET · PICENTIANA · 2) ET · SCVBVLORVM 3) ‖ ET · CLAVDIA · NOVA · ET · $\overline{\text{I}}$ ·

THRACVM · ET · I · ASTVRVM ‖ ET · I · AQVITANORVM VETERANA · ET · I · AQVITANORVM BITVRIGVM · ET · II · AVGVSTA CYRENAICA · ET · III ‖ GALLORVM · ET · III · ET · IIII · AQVITANORVM · ET · IIII · VINDELICORVM · ET · V · HISPANORVM ET V · DAL‖MATARVM · ET · VII · RAETORVM · ET · SVNT · IN · GER‖MANIA · SVB CN · PINARIO CORNELIO · CLEMENTE [4]) ‖ QVI · QVINA · ET · VICENA · STIPENDIA · AVT · PLVRA ‖ MERVERANT · QVORVM NOMINA · SVBSCRIPTA ‖ SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE EORVM · CIVI‖TATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM CVM VXORIBVS ‖ QVAS TVNC · HABVISSENT · CVM EST · CIVITAS IIS ‖ DATA · AVT · SI QVI CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS QVAS ‖ POSTEA · DVXISSENT · DVM · TAXAT · SINGVLI · SINGV‖LAS A · D · XII · K · IVNIAS ‖ Q · PETILLIO · CERIALE · CAESIO · RVFO II ‖ T · CLODIO · EPRIO · MARCELLO · II · COS [5]) ‖ ALAE · SCVBVLORVM · CVI PRAEST (sic) ‖ TI · CLAVDIVS · SP · F ATTICVS ‖ GREGALI ‖ VETVRIO · TEVTOMI F · PANNON ‖ DESCRIPTVM · ET RECOGNITVM · EX · TABVLA AENEA QVAE ‖ FIXA EST ROMAE · IN CAPITOLIO · INTRO · EVNTIBVS ‖ AD SINISTRAM · IN MVRO · INTER DVOS · ARCVS — In parte externa tabulae aeneae rep. 1832, in vico *Sikátor* comitatus *Veszprimensis.* In parte interiore eadem repetuntur. In altera parte externa haec leguntur testium nomina: L · CAECILI · L · F · QVIR · IOVIANI ‖ L · CANNVTI LVCVLLI · CLV · TVDER ‖ L · IVLI · C · F · SILVINI CARTHAG ‖ SEX · IVLI · C · F · FAB · ITALICI · ROM ‖ P · ATINI · RVFI · PAL ‖ C · SEMPRONI · SECVNDI ‖ M · SALVI · NORBANI · FAB — Arneth, *Militärdipl.* tabb. III et IV, p. 29 sqq.; Cardinali, *Dipl.* VI; Cavedoni, *Notizia e dich. di un dipl. mil.*, *Modena*, 1832.

1) a. 74. 2) *Picentina* Tac. Hist. IV, 62 et C. I. Gr. 3991, ubi Boeckhius male (*Β*)εικεντεινῆς. Nomen a Picente quondam (cf. n. 110) deducendum esse, exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, quum tabulam hon. miss. Hadriani Augusti publicarem. 3) *Scubulos* Borghesius apud Cardinalium, op. cit. p. 91, pro *excubulis* sive *excubitoribus* dictos esse suspicatus est; mihi contra populi ignoti nomen esse videtur. 4) cf. n. 5256 et 5427. 5) cf. Cardinali, op. cit. p. 87 sqq. et n. 5425.

5419. LVI · A · TVRRE ‖ IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG ‖ PONTIFEX · MAXIMVS · TRIB ‖ POT · V · IMP · XIII · P · P · COS · V ‖ DESIGN · VI [1]) CENSOR · REFECIT ‖ ET · RESTITVIT · *curante* ‖ SEX · SVBRIO · DEXTRO · PROC · ET · PRAES · PROV · SARDINIAE — *Macomer* Sardiniae. Della Marmora, voyage II, p. 469, 10. Alterum exemplum numero LV insigne l. l. n. 11.

1) a. 74.

5420. *imp · caesa*RI · VESPASIA*no* ‖ *augusto · pont* · MAX · TRIB · POTES*t · vi* ‖ *cos · vi · designa*T · VII · IMP · XIIII · P · P · C*ens* [1]) ‖ EX TESTAM*ent* ‖ · · · · · *mae*C · MARCELLI · D [2]) LEG · XI · CL*aud* ‖ *piae · fid · pr*AEF · [3]) CIVITATIS · MAEZE · · · ‖ · · · · · · PATIVM · [4]) PRAEF · CHOR · III · ALT · · · [5]) ‖ · · · · · · IANORVM · II · VIR · I · D · QVINQV*enn* ‖ *patr*ONI COLONIAE — Boviani unde-

cimanorum (*Bojano*), Mommsen, I. N. 4987, cuius lectionem confirmavit postea Brunnius, nisi quod notavit v. 4, ubi Mommsenius dat *IIIIII*X, male indicari pro rasura quod est spatium vacuum legique ibi EX.

1) a. *75.* 2) Mommsen edidit D, interpretatus Ded*ucti*. Equidem neque *deductum* per simile compendium iodicatum esse censeo, neque hominem praefecturis functum simpliciter *deductum* posse appellari. 3) Idem: CL*aud* ‖ *pi*AE . F . Quo supplemento lacunam satis impleri nego; praeterea genitivus CIVITATIS vocabulo quodam eget, quo regatur. Satis autem noti sunt praefecti civitatum barbararum; cf. nn. 6938. 6939 cet. — De Maezeis sic Mommsenius iod. p. 460: „Maezeiorum civitas in Pannonia sive Delmatia; v. Grut. 573, 1; Strab. VII, 5, 3; Plin. III, 22, 142; Ptol. II, 16, 8; Dio LV, 32.“ 4) fortasse *praef. coh . . . Canninefatium.* 5) ALP*inorum* ? M.

5421. DIS MANIBVS ‖ VITALI FECIT ‖ TYRANNVS ‖ POLLAE[1]) NOSTRAE ‖ ACTOR — Romae. Act. Acad. Pontif. Arch. II, p. 675.

1) Editor ad Pollam Vespasiani matrem titulum spectare opinatus est, cuius rei argumentum affert *nostrae* illud, quod nisi de imperatoribus dici non potuerit. Constat tamen cuiuscumque ordinis dominos a servis ita appellari solitos. Hoc tantum pro illius sententia militat, quod eodem loco monumentum quoddam effossum est, quo Domitia Domitiani commemoratur.

5422. SER · CORNELIO ‖ IVLIANO FRAT ‖ PIISSIMO · ET ‖ CAL*visi*AE · EIVS ‖ P · CALVISIVS ‖ PHILO*t*AS · ET · SIBI ‖ EX INDVLGENTIA ‖ FLAVIAE DOMITILL[1]) ‖ INFR · P · XXXV ‖ INAGR · P · XXXX — *Tor Marancio* in agro Romano. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 155.

1) Vespasiani Augusti uxor, filia, neptis his nominibus appellabantur; quoniam vero uxor et filia ante susceptum imperium decesserint, verba autem *ex indulgentia* fortunam quandam altiorem indicare videantur, neptem Calvisio favisse credo. — Ad eandem pertinet titulus in Mus. Vat. asservatus:

5423. TATIA · BAYCYI · · *nu*‖TRIX · SEPTEM · LIB*erorum* ‖ DIVI · VESPASIAN*i* · *et* ‖ FLAVIAE · DOMITIL*lae* ‖ VESPASIANI · NEPTIS · *I* · · · ‖ EIVS · BENEFICIO · HOC · SEPHVLCRV*m*[1]) ‖ MEIS · LIBERTIS · LIBERTABVS · PO*sui* — *Nov. lett. Fior.* 1772, p. 678. V. ipse.

1) [Legerim: Tatia Baucy*lla*, *nutrix* septem *liberorum* divi Vespasiani *Aug. et* Flaviae Domitil*lae* Vespasiani (*uxoris*), neptis *Augusti* eius beneficio hoc sephulcrum *mihi et* cet. Mommsen.]

° 5424. DIS MANIBVS ‖ DOMITILLAE · VESPASIAE ‖ VESPASIANI · FILIAE · QVAE ‖ NON · PERENNAVIT[1]) — Interocrii. Bull. Inst. Arch. 1838, p. 188; Ann. Inst. Arch. 1838, p. 300; Mommsen, I. N. 878°.

1) Cardinalius (Bull. l. l.) suo iure ut spurium titulum condemnavit, ex eo potissimum loco Suetonii confictum, quo soror quaedam Vespasiani commemoratur, *quae non perannavit* (Vesp. 5). Defendit frustra Urlichsius (Ann. l. l.). Ipse autem ille titulus, quem una cum hac inscriptione repertum esse affirmat, apographum est parum diligenter confectum monumenti sub porta Interocrii muro infixi; cf. Fabr. 400, 292, et Mommsen, I. N. 6261.

5425. T · CLODIO · M · F · PAL ‖ EPRIO · MARCELLO ‖ COS · II · [1]) AVGVRI ‖ CVRIONI · MAXIMO ‖ SODALI · AVGVSTALI ‖ PR · PER · [2]) PROCOS ‖ ASIAE · III[3]) ‖ PROVINCIA · CYPROS — Capuae, nunc in Museo Borbonico. Avellino, *sopra un' epigrafe del R. Museo Borbonico* ecc., Napoli 1831, 4; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1831, p. 147; Mommsen, I. N. 3599.

1) cos. I soff. inter annos 811—814; cos. II a. 827 = 74. Borghesi, l. l. et 5418. 2) Praetor uno die a. 801; Tac. Ann. XII, 4. 3) tribus annis continuis 824—827; ll. ll.

5426. C · DILLIO · A · F . SER · VOCVLAE[1] ‖ TRIB · MIL · LEG · I · IIIIVIRO · VIARVM ‖ CVRANDAR · Q · PROVINC · PONTI · ET ‖ BITHYNIAE · TR · PL · PR · LEG · IN ‖ GERMANIA · LEG · XXII · PRIMIGENIAE[2] ‖ HELVIA · T · F · PROCVLA · VXOR · FECIT — Romae. Mur. 697, 5.

1) Eius frequens mentio in historia belli contra Civilem gesti; cf. Tac. Hist. IV. 2) Hoc titulo apud Tac. Hist. IV, 24 *duoetvicesimae* legendum esse certo constat; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 167.

5427. CN · PINARIVS · L · F · PAP · COR*nelius* · *clemens* · *cos* · *aug* · ‖ LEGAT · PROPR · EXERCITVS · QV*i* · *est* · *in germania sup* · *cur* · *aedium* ‖ SACRARVM · LOCORVMQ · PVBL*icor* · *honoratus* · *a senatu* ‖ TRIVMPHALIBVS · ORNAMENT*is* · *auctore* · *imp* · *caes* · *vespasiana* · *aug* · *ob res* ‖ IN GERMAN*ia* · *prospere* · *gestas*[1]) — Hispelli. Grut. 451, 6; rest. Borghesius apud Cavedonium, *Dipl. mil.*, p. 16, inde Cardinali, *Dipl.* n. 122. Ipse vidi et descripsi.

1) cf. de legatione eius Germanica n. 5256 et 5418. — Borghesius in v. 2 scripsit *exercitus, qui est in Africa*; quum vero nihil de legatione eius Africana constet, equidem collato titulo n. 6501 *in Germania* maiore cum probabilitate scribi censui. Id quod nunc confirmatur n. 5256 postea invento.

§. 12. TITVS. IVLIA TITI FILIA.

N. 753 spurius; Mommsen, I. N. 520*.

N. 754, v. 2 PLEPS; v. 4 ACCIPIT. Exstat Neapoli in Museo Borbonico, ubi v. Mommsen, I. N. 6786.

N. 756 et 757, suspectus; nota formulam *pro salute reditus*, Titum viventem *divum*, *divum* vero Vespasianum imperatorem et Augustum dictum. Quae autem Orellius exempla attulit *Divi* nominis post obitum adiecti, ea et ipsa maxime suspecta sunt.

N. 759 suo iure defendit Mommsenius, Anall. epigr. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 303); vidit eam cum Anonym. Einsiedl., ex cuius apographo posteriora exempla omnia fluxerunt.

N. 760, titulus est arcus Titi (n. 758) conglutinatus cum inscriptione Don. I, 4, et *ipsa ex duobus titulis composita*; cf. de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizz.*, p. 149 (ex Giorn. Arcad. 1852, t. 127 et 128). V. 2 extr. deest F.

N. 761: fragmenta columnarum mediae navis veteris basilicae Vaticanae, litteris maximis; a Sarti et Settele, *de cryptis Vaticanis* p. 60, ita e codice quodam Grimaniano descripta: DIVO . TITO . DIVI *vespasiani f* . *vespa*SIANO ‖ AVGVSTO . IMP . CAES . DIVI . NER‖VAE . F . NERVA . *traianus germa*NICVS ‖ DAC*icus* . *pont* . MAX . TRIB . PO*t* ‖ *cos* . P . P . FECIT.

N. 762, v. 1 AVG; Mommsen, I. N. 5165, qui vidit.

5428. IMP · TITVS · CAES*ar* · *divi* · *vespasia*NI · F · VESPASIA-‖NVS AVGVSTVS · *pontifex* · *maxi*MVS · TRIBVNIC ‖ POTESTAT VIIII I*mp* · *xv* · *p* · *p* · *cens*OR COS VIII[1] ‖ IIS QVI MILITAVER*unt equites* ET PEDITES IN ‖ ALIS QVATTVOR ET CO*horti*BVS DECEM ET TRI‖BVS · I ARVACORVM I · CIV*ium* ROMANORVM II · AR-‖VACORVM FRONTONIANA I ALPINORVM I MONTA‖NORVM I NORICORVM I LEPIDIANA I AVGVSTA ‖ ITVRAEORVM I LVCEN-

SIVM I ALPINORVM · I ‖ BRITANNICA II · ASTVRVM ET GALLAECORVM II ‖ HISPANORVM III THRACVM V BREVCORVM VIII ‖ RAETORVM QVAE SVNNT (sic) IN PANNONIA SVB T ‖ ATILIO RVFO [2]) QVINIS ET VICENIS PLVRIBVSVE STI‖PENDIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIO‖NE ITEM IIS QVI MILITANT · IN ALIS DVABVS ‖ I CIVIVM ROMANORVM ET · II ARVACORVM ET ‖ COHORTE VIII RAETORVM ET SVNT SVB EODEM ‖ EMERITIS QVINIS ET VICENIS STIPENDIIS QVO‖RVM NO*mina* SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LI‖BERIS *poster*ISQVE · EORVM · CIVITATEM DEDIT E*t conubi*VM CVM VXORIBVS QVAS TVNC ‖ HABVI*ssent c*VM EST CIVITAS · IIS DATA ‖ AVT SI Q*ui* · *cae*LIBES · ESSENT CVM · EIS QVAS ‖ POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT · SINGVLI ‖ SINGVLAS IDIBVS IVNIS ‖ L LAMIA PLAVTIO AELIANO ‖ C · MARIO MARCELLO OCTAVIO PVBLIO CLVVIO RVFO COS ‖ COHORT · I · MONTANORVM CVI PRAEST ‖ SEX NERIANVS · SEX · F · CLV CLEMENS ‖ EX PEDITIBVS ‖ SOLONI MVSCELLI · F BESSO ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM EX TABVLA · AENEA ‖ QVAE FIXA EST ROMAE IN CAPITOLIO POST · AE‖DEM FIDEI P · R · IN MVRO [3]) — In parte externa tabulae aeneae, rep. 1838 prope *Klosterneuburg*; quae desunt, rest. ex parte interna, in qua eadem leguntur. In altera parte externa haec testium nomina exstant: L · PVLLI SPERATI · ‖ *p* · ATINI RVFI · [4]) ‖ .... EVTRAPELI · ‖ .... DI SEMENTINI ‖ P · MANLI LAVRI · ‖ M · STLACCI PHILETI · ‖ L · PVLLI IANVA*rii* — Arneth, *Militärdipl.* tabb. VII. VIII, p. 33 sqq.

1) a. 80. 2) Postero tempore Syriae legatus; Tac. Agr. 40. 3) cf. n. 5088. 4) cf. o. 5418.

De monumentis quibusdam libertorum Iuliae Titi filiae cf. n. 6386.

5429. D · M ‖ ARRECINAE ‖ GNOMES ‖ ARRECINA ‖ TERTVLLA [1]) ‖ DELICIO · SVO ‖ FECIT — Romae. Mur. 1436, 2; cf. 1435; 7.

1) Prior Titi uxor, soror Arrecini Clementis praefecti praetorio et bis consulis; cf. Grut. 104, 6; Murat. 346, 1; 1636, 18; Fabr. 543, 398, et corrige Tac. Hist. IV, 68; Suet. Domit. 11 et Tit. 4. Des Vergers, *lettre à Mr. Firmin Didot*, *Revue encyclopédique* 1847, *juillet*, p. 2.

§. 13. DOMITIANVS. DOMITIA. FLAVIA DOMITILLA.

N. 764, v. 4: P . X☰; ont. 2 l. *Centum Virum*; cf. quoque Kellerm. apud Orell. Anal. epigr. p. 36. Exstat in Museo Vaticano Curibus allatus, ut centumvirum et quattuorvirum commemoratione constat.

N. 766, titulus, ut mihi quidem videtur, male exscriptus; neque enim temporum ratio recte se habet, quum *trib. pot. VIIII* cum consulatu *XV* conveniat, neque in publico monumento *dominum nostrum* Domitianum nominatum esse facile credam, etsi a servis vel libertis ita eum appellatum minime nego.

N. 767 melius apud Gruterum 245, 4 legitur, correctumque et interpolatum Muratorianum exemplum est. Quoniam ne in exemplo quidem Gruteriano omnia comprobo.

N. 768 pro CONS. I. COS; Mommsen, I. N. 2609.

N. 769. genuinus est; vidit eum Smetius testis locupletissimus. Fuit autem Germanus curator triumphi secundi, quem de Germanis Commodus duxit; cf. n. 798. 2919.

N. 772: L. Appius Maximus Norbanus, qui seditionem Antonii Saturnini in Germania oppressit; Borghesi, *sull' età di Giovenale*, p. 7; cf. Tillemont, II, p. 95.

N. 773, not. 2. Orellius ad eundem Domitium Lucanum, auctoritate Muratorii inductus, hunc titulum (Mur. 766, 5, cf. 858, 4) refert, quem ad Tullum fratrem pertinere Marinius demonstraverat (Atti 765): FETIALI . PRAEF . AV*xiliorum omnium* ‖ ADVERSVS . GERMANOS . QVI . CVM . ESSET *tribunus plebis* (?) ‖ CANDIDATVS . CAESAR . PR . DESIG . MISSVS . EST . AB ‖ IMP . VESPASIANO . AVG . LEGATVS . PRO . PRAETORE . AD ‖ EXERCITVM . QVI . EST . IN . AFRICA , ET . APSENS . INTER ‖ PRAETORIOS . RELATVS . DONATO . AB ‖ *im*P . VESPASIANO . AVG . ET . TITO . CAESARE . AVG . F . CORONIS ‖ MVRALI . VALLARI . AVREIS . HASTIS . PVRIS . II . VEXILLIS . III ‖ ADLECTO . INTER . PATRICIOS . TR . PL . QVEST . CAESAR . AVG ‖ TR . MIL . LEG . V . *a*LAVD . XVIR . STLITIBVS . IVDI‖CANDIS . PATRONO . OPTIMO ‖ D . D — Fulginii. — De exercitu Africano cf. Tac. Hist. IV, 48; de ipsis fratribus Afro et Tullo Borghesi, *Giorn. Arc.* I, 1819, p. 359 sqq.

5430. IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIFEX · MAXIMVS ‖ TRIBVNIC · POTESTAT · IIII · IMP · VIIII · COS · XI ‖ CENSORIA · POTESTAT · P · P [1] ‖ IIS · QVI · MILITAVERVNT · EQVITES · ET · PEDITES · IN · ALIS ‖ SEX · ET · COHORTIBVS · DECEM · ET · QVINQVE QVAE AP‖PELLANTVR · I · CIVIVM · ROMANORVM · ET · I · ET · II · ARVACORVM · ET · FRONTONIANA · ET · PRAETORIA · ‖ ET · SILIANA · ET · I · ET · I · (sic) MONTANORVM · ET · I · NORICO‖RVM · ET · I · BRITANNICA · MILLIARIA · ET · I · BRITTO‖NVM · MILLIARIA · [2] ET · I · ET · I · (sic) ALPINORVM · ET · I · LV‖SITANORVM · ET · II · ASTVRVM · ET · CALLAECORVM ‖ ET · II · HISPANORVM · ET · V · CALLAICORVM · [3] LVCENSI‖VM · ET · V · GALLORVM · ET · VI · THRACVM · ET · VII · BREVCO‖RVM · ET · VIII · RAETORVM · ET · SVNT · IN · PANNONIA ‖ SVB · L · FVNISVLANO · VETTONIANO · [4] QVINIS · ET ‖ VICENIS · PLVRIBVSVE · STIPENDIIS · EMERITIS ‖ DIMISSIS · HONESTA · MISSIONE · QVORVM · NOMINA ‖ SVBSCRIPTA · SVNT · IPSIS · LIBERIS · POSTERISQVE EO‖RVM · CIVITATEM · DEDIT · ET · CONVBIVM · CVM VXORI‖BVS · QVAS · TVNC · HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS ‖ DATA · AVT · SI · QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS · QVAS POS‖TEA · DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI · SINGVLAS · ‖ NONIS · SEPTEMBR · ‖ D · ABVRIO · BASSO · Q · IVLIO · BALBO · COS · ‖ COHORT · I · LVSITANORVM · CVI · PRAEST · ‖ C · CISSO · C · F · STE · HONORATVS ‖ EX · PEDITE ‖ FRONTONI · SCENI · F · IASO · ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM · EX · TABVLA · AENEA · QVAE ‖ FIXA · EST · ROMAE · IN · CAPITOLIO · IN · BASI · COLVMNAE · PARTE ‖ POSTERIORE · QVAE · EST · SECVNDVM · IOVEM · AFRICVM — In parte externa tabulae aeneae rep. 1840 in comitatu Samogyensi Hungariae, nunc in Mus. publ. Pestini. In altera parte externa: C · IVLI · LONGINI ‖ Q · CAECILI VICTORIS ‖ C · IVLI VALENTIS ‖ SEX · ELEI PVDENTIS ‖ P · VALERI RVFI ‖ L · CAECILI FLACCI ‖ C · IVLI SEVERI — Arneth, *Militärdipl.* tabb. XI. XII; cf. XIII. XIV, p. 39 sqq.

1) a. 85. 2) Britannos et Brittones diversos esse, hinc apparet. 3) In parte interea CALLAECORVM. 4) De hoc cf. titulum sequentem.

5431. L · FVNISVLANO ‖ L · F · ANI · VETTONIANO ‖ TRIB · MIL · LEG · VI · VICT · QVAES‖TORI · PROVINCIAE · SICILIAE ‖ TRIB · PLEB · PRAET · LEG · LEG · IIII ‖ SCYTHIC · [1] PRAEF · AERAR · SATVR‖NI · CVRATORI · VIAE · AEMILIAE · COS ‖ VII · VIR · EPVLONVM · LEG · PRO · PR ‖ PROVINC · DELMATIAE · ITEM · PRO‖VINC · PANNONIAE · ITEM · MOESIAE ‖ SVPERIORIS · DONATO · *ab imp* ‖ *caes · domitiano · aug* [2] ‖ BELLO · DACICO · CORONIS · IIII ‖ MVRALI · VALLARI · CLASSICA · AVREA ‖ HASTIS · PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII ‖ PATRONO ‖ D · D — In loco *Turopoglys* Croatiae ad Savum sito. Marini, *Giorn. di Pisa* III, 291; corr. Katancsich, specimen philologiae et geographiae Pannoniarum; Cardinali, *Dipl.* p. 301, n. 586.

1) A. 62 eam legionem sub auspiciis Caesennii Paeti contra Vologesen Parthum duxit; Tac. Ann. XV, 7. 2) Domitiani nomen erasum, ut in plerisque monumentis eius. — Ad eundem Funisulanum quattuor fragmenta Fori Popilii obvia pertinere Borghesius ostendit, eaque foede a Muratorio confusa ita restituit (*Giorn. Arcad.* VII, p. 376 sqq. in censura operis Labusii de ara Haimbergensi):

5432. *l · funisulanu*S · L · F · ANI · VET*toni*ANVS · COS ‖ *vii · vir epulonum* · *s*ODALIS · AVG · PRO*cos* · *pr*OVINC · AFRICAE ‖ *leg · aug · pr · pr · provi*NC · DELMATIAE · ITE*m* · *provi*NC · PANNONIAE ‖ *item · moesiae · sup*ER · CVRATOR · AQVAR*um* · *cura*TOR · VIAE · AEMIL · PRAET ‖ *tr · pl · praef · aer · saturn*I · QVAES*tor* · *trib · milit · leg* · VI · VICTR · III *vir · a · a · a · f · f ·* ‖ .... — Mur. 435, 6.

5433. IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · PONTIFEX · MAXI‖MVS · TRIBVNIC · POTESTAT · V · IMP · XII ‖ CENSOR · PERPETVVS · COS · XII · P · P [1] ‖ EQVIBVS · [2] ET · PEDITIBVS · QVI MILITANT · IN ‖ ALIS · DVABVS QVAE APPELLANTVR · VETE‖RANA · GAETVLORVM · [3] ET · I · THRACVM · MAV‖RETANA · ET · COHORTIBVS · QVATTVOR · I · AV‖GVSTA · LVSITANORVM · ET · I · ET · II · THRACVM · ET · II · CANTABRORVM · ET · SVNT · IN · IVDAEA SVB ‖ CN · POMPEIO LONGINO · [4]) QVI QVINA ET VI‖CENA · STIPENDIA MERVERANT · QVORVM ‖ NOMINA SVBSCRIPTA SVNT · IPSIS LIBERIS ‖ POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET ‖ CONVBIVM · CVM VXORIBVS QVAS TVNC‖HABVISSENT · CVM · EST · CIVITAS · IIS · DATA · AVT ‖ SI QVI · CAELIBES · ESSENT · CVM · IIS QVAS · POSTEA ‖ DVXISSENT · DVMTAXAT · SINGVLI · SINGVLAS ‖ A · D · III · IDVS · MAIAS ‖ SEX · OCTAVIO FRONTONE ‖ TI · IVLIO CANDIDO MARIO CELSO COS [5] ‖ COH II THRACVM CVI PRAEST CLAVDIVS · MONTANVS · EQVITI ‖ SEVTHE TRAIBITHI FCOLOLETIC [6] ‖ DESCRIPTVM ET RECOGNITVM · EX TABVLA AE‖NEA · QVAE · FIXA EST · ROMAE IN CAPITOLIO ‖ POST · TROPAEA

GERMANICI · 7) IN TRIBVNALI ‖ QVAE · SVNT · AD AEDEM FIDEI P R — Nomina testium: D · CONSI ALCIMI ‖ C TERENTI NATALIS ‖ P · SALLIENI PHILVMENI ‖ TI · CLAVDI ERASTI ‖ C · HOSTILI MARTIALIS ‖ P SILI HERMETIS ‖ C · QVINTI PHILETI — In externa parte laminarum aenearum, rep. *Clausenburgi*, deinde asservatarum in collegio civitatis *Ennyed* Transilvaniae; quo incenso et ab hostibus diruto et ipsae periisse videntur. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 24—26; *Rhein. Jahrbb.* anni eiusdem.

1) a. 86. 2) in parte interne EQVITIBVS. 3) cf. n. 748. 4) Legatus Iudaeae. Iudaeam post bellum demum Iudaicum Hadriani Palaestinam a Romanis appellatam esse hoc titulo comprobavit Borghesius, l. l. Longinus fortasse is est, de quo Tac. Hist. I, 31. 5) cos. suffecti. Fronto eex Annia postea legatus Moesiae erat (Cardinali, *Dipl.* VIII); de eo fortasse Martialis I, 56: *clarum militiae Fronto togaequa decus.* 6) COLonia OLEsTICos, i. e. Αὐλαίου τεῖχος, Thraciae. 7) cf. Card. *Dipl.* VII.

5434. DIS MANIBVS ‖ EGNATIAE FES‖TAE CONIVGI · ‖ OPITVMAE ET KARISSIMAE ‖ EXOCVS DOMITIAE ‖ DOMITIANI SERVVS ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae. Act. Acad. Pont. Arch. II, p. 675.

§. 14. NERVA.

N. 780, v. 2 pro CEN l. GERMAN(*icus*); v. 2 PONTIFEX . MAX .; v. 5 minus recte COS . III; v. 6 TRIPVNTIO; v. 7 APPII; v. 10 pro FILIVS l. F . TRAIANVS; Chaupy, *Maison d'Horace* III, p. 391.

5435. M · COCCEIVS · *m · f · · · · nerva* [1]) *cos* ‖ AVGVR · SODAL*is* · *august · · · · quaest* ‖ VRB · VI · VIR · TVRMA*e eq* · R · · · · *salius* ‖ PALAT · TRIVMPHALIB*us* · *ornamentis* ‖ HONORATVS · [2]) PATRON*us* · · · · · · · · ‖ VETVSTATE · CONLA*ps* · · · · · · · · · — *Saxoferrati*, Doni IV, 32; Murat. 170, 5.

1) Nerva est, qui postea imperavit; Borghesi, Annal. Inst. Arch. 1846, p. 340. 2) cf. Tac. Ann. XV, 72.

5436. LIBERTATI · AB · IMP · NERVA · CALARI [1]) AVG · ANNO · AB · VRBE · CONDITA · DCCCXXXXII · XXIIII · OCI · RESTITV · [2]) S · P · Q · R — Romae, in Capitolio. Anon. Einsiedl. XXXVIII; Maz. 25; interpol. Grut. 246, 1; rest. Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 300).

1) CAESARE Mommsen. 2) DCCCXXXXIIX . XIIII . *k* . OC*t* . RESTITV*tae* Mommsen; cf. Plin. ep. IX, 13, 4; Tac. Agr. 3. — XIIII kal. Oct. anni 848 aerae Catonianae Nerva imperium suscepit; cf. Eckhel VI, p. 403.

5437. IMP · NERVA ‖ CAESAR · AVG ‖ PONTIFEX · MAXIMVS ‖ TRIBVNICIAE · POTESTATIS ‖ COS · III [1]) ‖ PATER · PATRIAE ‖ FACIENDAM · CVRAVIT ‖ CXII — Mil. viae Appiae, nunc in Museo Borbonico. V. Mommsen, I. N. 6234. Alia huius similia v. l. l. 6235, et 6254, haec quidem ad viam Valeriam pertinentia.

1) a. 97.

5438. IMP · NERVA ‖ CAESAR ‖ AVGVSTVS ‖ GERMANICVS ‖ PONTIFEX ‖ MAXIMVS ‖ TRIBVNITIA · POTESTATE · II · COS ·

III ‖ DESIGNATVS · IIII [1] ‖ FACIVNDVM · CVRAVIT — **Mil. viae Appiae, nunc in Mus. Vat. Mur. 448, 1 parum accurate.**

1) a. 97 exeunte. — Germanici nomen Nervae ob bellum Suebicum datum est, cuius mentio in titulo Gruteriano exstat:

5439. Q · ATTIO · T · F ‖ MAEC · PRISCO ‖ AED · II · VIR · QVINQ ‖ FLAM · AVG · PONTIF ‖ PRAEF · FABR · PRAEF · COH · I ‖ HISPANORVM · ET · COH · I MONTANORVM · ET · COH · I ‖ LVSITANOR · TRIB · MIL · LEG · I ‖ ADIVTRIC · DONIS · DONATO ‖ AB · IMP · NERVA · CAESARE · AVG ‖ GERM · BELLO · SVEBIC · [1] CORON ‖ AVREA · HASTA · PVRA · VEXILL ‖ PRAEF · ALAE · I · AVG · THRACVM ‖ PLEPS · VRBANA — *Sorronali* **Lusitaniae Grut. 368, 5; cf. Gazzera,** *lapidi Eporediensi* **p. 17, qui Libarnae (*Serravalle*) in Italia recte ponit.**

1) Bellum Suebicum Nervae in hoc solo titulo memoratur.

§. 15. TRAIANVS EIVSQVE TEMPORA.

N. 785 v. 486.

N. 794, v. 3 TRICLINIARCH; v. 8 TREIECTAE sic; v. 10 PONTIFIC; exstat in Museo Vaticano, ubi vidi. Cf. Kellermann, apud Orell. Anall. epigr. p. 36.

N. 796 defendit Mommsenius (I. N. 5619), Phaebonii potissimum auctoritate usus, a qua ceteri pendent; v. 1 DIVI; v. 5 PARTHICO; v. 6 corr. TRIB . POT . XXI . IMP . XII; v. 8 Q .; v. 10 et 11 ita dat: ET . POSSESS ..... ‖ QVOS . LACVS . FVCINI . VIOLENT ....

N. 798; nescio, quomodo Orellius ad consulem anni 105 titulum referre potuerit, quem praeter nomina satis diversa sola mentione duorum Augustorum temporibus Antoninorum posteriorem esse facile constabat. Marinius certe ab eo laudatus nihil eiusmodi dixit. Spectat autem ad Candidum ducem Septimii Severi, qui inter Nicaeam et Cium vicit Pescennium (Dio 74, 6) et postea a Nisibi cum Laeto et Laterano ad debellandos populos vicinos missus est (Dio 75, 2). Expeditio igitur, quae in hac inscriptione Asiana dicitur, bellum est adversus Pescennium gestum; quae Parthica appellatur, prius bellum, quod Pesceonianum secutum est; Gallica denique est bellum contra Albinum. De singulis accuratius nuper disputavi in *Rhein. Jahrbb.* XII, 1848. Mitto, quae in iisdem Lerschius de hoc titulo hariolatus est, quae, quamvis omni fundamento careant, nihilominus Zellio placuisse video (*Handbuch* I, n. 1593). — Finestres, inscr. Catal. cl. IV, 6, versum 1 erasum esse dicit. Omissis ceteris minoris momenti lectionibus, quas varie ille exhibet, noto v. 5 H . H . P . R, *hostes populi Romani*, et v. 10 NICOMEDIENSIVM.

N. 799, nisi fictitius est, mihi certe interpolatus esse videtur. Nota praeter inusitatam dicendi rationem vv. 3—6 et *coetrensem coronam* hoc unico monumento obviam et diem in extremo titulo sine anni mentione commemoratum. Neque *IIviri vicus municipii* magis placeut, etiamsi duumviratum municipii admittere velis.

N. 803 v. corr. 5309.

N. 804, de Brittonibus et Britannis cf. 5430 et Burghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 314.

5440. IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE ‖ F · NERVA · TRAIANVS · AVG · ‖ GERMANICVS · DACICVS · ‖ PONTIFEX · MAXIMVS ‖ TR · POT · VII · IMP · IIII ‖ COS · V · P · P [1] — **Tyndaride in Mus. Panhormitanum illatus, rep. una cum statua Traiani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 55, 2.**

1) a. 104.

5441. *im*P CAES DIVI ‖ *ne*RVAE · F · NERVAE ‖ *tra*IANO · AVG · GERM ‖ *da*CICO · PON · MAX · TR · *Pot* ‖ XI · IMP · VI ·

CO*s* · *v* · *p* · *p* ‖ *optim*O · AC ··MA*ximo* · *principi*. — Rusicadi *(Philip-peville)*. Clarac, *Musée*, *Inscr. pl.* LXXIV, n. 26.

1) Titalum propterea hic uttali, qaia Traianam trib. pot. XI sexies iam imperatorem salatatam esse fuisse co coufirmatur; dubitavit enim Eckbelius, quo anno sextum imperator dictus esset; cf. vol VI, p. 462.

5442. IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE · F · NERVA · TRAIANVS ‖ AVGVSTVS · GERMANICVS · DACICVS · PONTIFEX · MAXIMVS · TRIBVNIC · POTESTATE · VII · IMP · IIII · COS · V · P · P[1] ‖ EQVITIBVS · ET · PEDITIBVS QVI MILITANT · IN ALIS ‖ QVATTVOR · ET · COHORTIBVS · DECEM · ET · VNA · QVAE · AP‖PELLANTVR · $\overline{I}$ · THRACVM · ET · $\overline{I}$ · PANNONIORVM · TAM‖PIANA[2] ET · $\overline{II}$ · GALLORVM SEBOSIANA ·[3]) ET · HISPA‖NORVM VETTONVM C · R · ET · $\overline{I}$ · HISPANORVM · ET · $\overline{I}$ ‖ VALCIONVM ·[4]) MILLIARIA · ET · $\overline{I}$ · ALPINORVM · ET · $\overline{I}$ ‖ MORINORVM · ET · $\overline{I}$ · CVGERNORVM · ET · $\overline{I}$ · BAETASI‖ORVM · ET · $\overline{I}$ · TVNGRORVM · MILLIARIA · ET · $\overline{II}$ · THRA‖CVM · ET · $\overline{III}$ · BRACAR · AVGVSTANORVM · ET · $\overline{III}$ ‖ LINGONVM · ET · $\overline{IIII}$ · DELMATARVM · ET · SVNT ‖ IN BRITTANNIA SVB · L · NERATIO MARCELLO[5] ‖ QVI QVINA ET VICENA STIPENDIA ‖ MERVERVNT (sequuntur formulae consnetae, ut in n. 5433; deinde:) A D XIIII · K · FEBR ‖ M' · LABERIO MAXIMO $\overline{II}$ ‖ Q GLITIO ATILIO · AGRICOLA $\overline{II}$ COS[6]) ALAE · $\overline{I}$ · PANNONIORVM TAMPIANAE · CVI PRAEST ‖ C · VALERIVS CELSVS ‖ DECVRIONI ‖ PEBVRRO · SEVERI · F · HISPAN ‖ DESCRIPTVM · ET · RECOGNITVM EX TABVLA · AENEA ‖ QVAE · FIXA · EST ROMAE · IN MVRO · POST · TEMPLVM ‖ DIVI · AVGVSTI AD MINERVAM Testes: Q · POMPEI HOMERI ‖ C · PAPI EVSEBETIS ‖ T · FLAVI SECVNDI ‖ P · CAVLI VITALIS ‖ C · VETTIENI MODESTI ‖ P · ATINI HEDONICI ‖ TI · CLAVDI MENANDRI — Prope *Bath* Britanniae. Lysons, Reliquiae Britannico-Romanae I, p. 4; ex eo Cardinali, *Dipl.* XI, cuius editionem secutus snm.

1) a. 104; de tribanicia potestate Treiuni cf. ad n. 5443. 2) cf. Curd. l. l. p. 144, n. 279; Grut. 45, 4. 3) Nomen de praefecto quodam Seboso deductum; cf. annot. ad n. 5218. 4) corr. VANGIONVM; cf. n. 5455. 5) cf. n. 5447. 6) cf. Cardinali, op. cit. p. 154, et Borghesi, *Giorn. Arcad.* VII, p. 376 sqq. et Ann. Inst. Arch. 1852, p. 13.

5443. IMP CAESAR DIVI NERVAE F NERVA TRAIA‖NVS AVG GERM DACICVS PONTIF MAXIMVS ‖ TBIBVNIC POTESTAT · XIIII IMP · $\overline{VI}$ · COS · $\overline{V}$ · P P[1] ‖ EQVITIBVS ET PEDITIBVS QVI MILITAVERVNT IN ‖ ALIS DVABVS ET COHORTIBVS DECEM QVAE AP‖PELLANTVR $\overline{I}$ CIVIVM ROMANORVM ET $\overline{I}$ AVG ‖ ITVRAEORVM SAGIT‖TAR · ET · $\overline{I}$ · BRITANNICA ∞ C R ET · $\overline{I}$ · HISPANOR ‖ P F ET $\overline{I}$ THRACVM C R ET $\overline{I}$ ITVRAEORVM ET $\overline{I}$ ‖ FLAVIA VLPIA HISPANORVM ∞ C R ET $\overline{II}$ GAL‖LORVM MACEDONICA ET $\overline{III}$ CAMPESTRIS C R ET $\overline{IIII}$ CYPRIA C R ET $\overline{VIII}$ RAETORVM C R ‖ ET PEDITES SINGVLARES BRITANNICI[2]) ET SVNT ‖ IN DACIA SVB D TERENTIO

SCAVRIANO — (quae sequnntur, eadem sunt atque in n. 5430; postea:) A D XIII K MART ‖ SER · SCIPIONE · SALVIDIENO ORFITO ‖ M · PEDVCAEO PRISCINO COS [1]) ‖ ALAE · I · AVG · ITVRAEOR · CVI PRAEST ‖ C · VETTIVS PRISCVS ‖ EX GREGALE ‖ T · HAEMO HORATI · ITVRAEO · ‖ ET · F · EIVS · ET · MARCO F · EIVS · ET ANTONIO F · EIVS ‖ DESCRIPTVM cet., ut in n. 5442. — Arneth, *Militärdipl.* VI, p. 49 sqq.

1) a. 110. Titulos 5442 et 5443 ideo potissimum hic referendos esse credidi, quod iis tribuniciam potestatem a Traiano inter dies *a. d. XIII. kal. Febr.* et *a. d. XIII kal. Martias* renovatam esse constat. Id quod exeunte Octobre die adoptionis eius factum esse Eckhelius censuit (VIII, p. 412). Quod si verum esset, a. d. XIII kal. Martias anni 110 Traianus trib. pot. XIII dicendus erat. Iam vero quum a. d. XIII kal. Febr. anni 104 trib. pot. VII Traianus fuerit, anno autem 110 a. d. XIII kal. Martias pro trib. pot. XIII trib. pot. XIIII in documento publico incisa sit, dubium esse nequit, quin inter dies ante commemoratos trib. pot. iterata sit. Borghesius igitur suo iure proposuit, id eo die factum esse, quo Nerva mortuus est, a. d. IV vel V kal. Febr., quem diem ipse *diem imperii sui* appellare solebat (Plin. ep X, 49 et 102), ita ut primam trib. pot., die adoptionis acceptam, per tres tantum menses obtinuerit. Cf. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 330 sq. 2) Cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 8.

5444. *imp. caèsari* · *d*IVI · NERVAE · F · NERVAE · *traiano aug* ‖ *germanico* · *dacic*O · PONTIFICI · MA*ximo* · *trib* ‖ *pot* · *xii* · (?) iMP · VI · COS · V · *p* · *p* ‖ *ob mu*NIFICENTIAM · SVAM · · · · ‖ · · · · · · SVBOLEMQ · ITALIAE [1]) · · · · · · · ‖ · · · · · · IT MVNICIPII *auximatium* ‖ *decuriones* · *et* · *plebs* — Auximi. Fabr. 686, 91; Mur. 230, 3; ipse exscr.

1) Ad alimenta civitatibus Italiae donata pertinet; cf. Ann. Inst. Arch. 1844, p. 13.

5445. S P Q R ‖ IMP · CAESARI · DIVI ‖ NERVAE · F · NERVAE ‖ TRAIANO · AVGVSTO ‖ GERMANICO · DACICO ‖ PONTIF · MAX · TRIBVNICIA ‖ POTEST · XVI · IMP · VI · COS · VI · P · P [1]) ‖ OPTIME DE · REPVBLICA ‖ MERITO · DOMI · FORISQVE — Romae in Foro Traiani. Fea, *scavi del foro Traiano e dell' anfiteatro Flavio*, p. 22; *frammenti di fasti* n. 21.

1) a. 112/3.

5446. L · NERATIO · L · F ‖ VOL · PRISCO ‖ PRAEF · AER · SAT · COS ‖ LEG · PR · PR · IN PROV ‖ PANNONIA ‖ SCRIBAE · QVAÉSTOR ‖ ET · MVNERE · FVNCTI ‖ PATRONO [1]) — Saepini (*Altiliae*). Mommsen, I. N. 4931; cf. 4932.

1) Neratius clarissimus iureconsultus, cos. a. 83; cf. de familia Neratiorum Borghesium Ann. 1852, p. 5 sqq. — Ad eius fratrem Marcellum (Dig. XXXIII, tit. 7, l. 12, § 43) pertinet sequens titulus:

5447. *l* · *neratio* · *l* · *f* · *vol* · *marcello* · *cos* [1]) *leg* ‖ DIVI · TRAIANI · AVG · PROV ‖ BRITANNIAE · [2]) CVRAT · AQVAR ‖ PR · TRIB · MIL · LEG · XII · FVL‖MINAT · SALIO · PALAT · QVAEST ‖ AVG · CVRAT · ACTORVM · SENA‖TVS · [3]) ADLECTO · INTER · PATRIC · ‖ AB · DIVO · VESPASIANO · III · VIR ‖ A A A F F ‖ EX TESTAMENTO · VETTILLAE · EIVS — Saepini. l. l. n. 4933; rest. Borghesi.

1) cos. a. 103; cos. II a. 128; cf. Bull. Inst. 1851, p. 35. 2) a. 104; cf. n. 5442. 3) idem, quod *ab actis senatus*; cf. Borghesi, l. l.

Ad clarissimos duces belli Dacici Licinium Suram, Glitium Agricolam, Minicium Natalem, Pompeium Falconem pertinent inscriptiones sequentes:

5448. .... *cum* ‖ IMP · CAESAR · NERVA · TRAIANVS · *aug* · *germanicus* ‖ DACICVS · GENTEM · DACOR · ET · RECEM · (sic) DECEBALVM ‖ BELLO · SVPERAVIT · SVB · EODEM · DVCE · LEG · PROPR · [1]) AB ‖ EODEM · DONATO · HASTIS · PVRIS · VIII · VEXILLIS · VIII ‖ CORONIS · MVRALIB · II · VALLARIB · II · CLASSICIS · II ‖ AVRATIS · II · [2]) LEG · PROPR · PROVINCIAE · BELGICAE · LEG · LEG · I ‖ MINERVIAE · CANDIDATO · CAESARIS · IN PRAETVRA ‖ ET · IN TRIBVNATV · PLEB · QVAESTORI · PROVINCIAE ‖ ACHAIAE · IIII · VIRO · VIARVM · CVRANDARVM ‖ HVIC · SENATVS · AVCTORE · IMP · TRAIANO · AVG ‖ GERMANICO · DACICO · TRIVMPHALIA · ORNAMENT ‖ DECREVIT · STATVAMQ · PECVN · PVBLIC · PONEND · CENSVIT — Romae, in Mus. Capitolino. Grut. 430, 5; v. ipse. Initio tituli nonnulla nunc desunt,

1) Hunc titulum ed nullum alium nisi ad Suram spectare posse demonstravit Borghesius, Ann. Inst. 1846, p 343. 2) Duplex numerus donorum militarium ad duas expeditiones Dacicas pertinet, quas monumentis epigraphicis simplici belli Dacici nomine indicari constat; l. l.

5449. *q* · *glitio* · *p* · *f* · *s*TEL ‖ *atilio* · AGRICOLAE · COS · II [1]) ‖ *vii* · *viro* · EPVLON · LEG · PROPR ‖ *imp* · *nervae* · TRAIANI · CAES · AVG · GER ‖ *dacici* · *pr*OVINCIAE · PANNONIAE ‖ *donato* · *ab e*ODEM · DONIS · MILITARIB ‖ *hastis* · *puris* · *iii*I · VEXILLIS · IIII · CORONA ‖ *vallari* · *coron*A · MVRALI · CORONA ‖ *classica* · *coro*NA · AVREA · LEG · PROPR ‖ *provinc* · *belgic*AE · DIVI · NERVAE ‖ *leg* · *leg* · *vi* · *fe*RRATAE · LEG · ‖ *hispaniae* · *citer*IOR · PR*aet* ‖ *aed* · *cur* · *q* · *divi* · *vespasiani* · *trib* · *mil* ‖ *leg* · *i* · *italic* · *xvir* · *stlitib* · *iudic* — Augustae Taurinorum, rep. 1831. Rest. Cardinali, Dipl. p. 155, n. 282; cf. Maff. M. V. 213, 3—6 (Grut. 416, 6, 7; 367, 1; Mur. p. 310 et 311).

1) a. 104; cf n. 5442. — Legatus Pannoniae cum Laberio Maximo, tunc legato Moesiae, bello Dacico interfuit, atque cum eodem ob res bene gestas alterum consulatum obtinuit. Primum consul sub Nerva fuit; cf. Borghesi, Ann. 1846, p. 343.

5450. *l* · *minicius* · · · *f* · *gal* · *na*TALIS · COS · [1]) PROCOS ‖ *provinc* · *africae* · *sodalis augus*TALIS · LEG · AVG · PR · PR · DIVI · TRAIA‖*ni* · *parthici* · *et* · *imp* . *traiani* · *ha*DRIANI · AVG · PROVINC · PAN‖*noniae* · *inferioris* · [2]) *curator* · *a*LVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM · ET ‖ *cloacarum* · *urbis* · *leg* · *divi* · *tra*IANI · PARTHICI · LEG · III · AVG · DI*vi* ‖ *traiani* · *leg* ...... BIS · DONATVS · EXPEDITIONE · DACIC*a* ‖ *ab eodem* · *donis* · *militaribus* · *c*ORONA · VALLARI · MVRALI · AVREA ‖ HASTIS · *puris* · *iii* · *vexillis* · *ii*[3]) *l*EG · PR · PR · PROVINC · AFRICAE · PR ‖ TRIB · PL · Q · P*rov* .... IIII · VIR · VIARVM · CVRANDARVM ET ‖ L · MINICIVS · L · F · *gal* · *natalis* · *quadro*NIVS · VERVS · F · AVGVR · TRIB · PLEBIS ‖ DESIG · Q · AVG · ET · *eodem* · *tempore* · *leg* · PR · PR · PATRIS · PRO-

VINC · AFRICAE · TR ‖ MIL · LEG · I · ADIVT · P · F · LE*g* · XI · *cl* · *p* · *f* · *leg* · *xiiii* · *g* · *ma*RT · VIC · IIIVIR · MONETALIS · A · A · A · F · F ‖ BALINEVM · *cum* · *part*ICIBVS · SOLO · SVO · ET ‖ *pecunia* · *sua* · FECERVNT — Barcinone. Ex duobus fragmentis Grut. 498, 5 (Mur. 436, 2; 764, 3 = de Finestres, Inscr. Catal. p. 306) et Mur. 835, 10 (de Fin. p. 213) composuit Borghesius, *Saggiatore* 1846, VI, p. 270 sqq., titulo Tiburtino Minicii filii usus, quem v. n. 6498.

1) a. 107, cum Lirinio Silvano Graniano; cf. derretum Soranum n. 7081. — Bello Dacico legatus legionis ruiusdam interfuit; quare suo iure Borgh. tres hastas puras ai tribuit. Quattuor enim solis legatis provinciarum ducibusque exerrituum, duas tribunis et praefectis dari solebant. 2) Ita suppl. Borgh., quia filius trib. fuerat leg. I adiutriris in ea provincia tendentis, legati autem cohortibus filios praeponere solebant. 3) Vexilla duo rum tribus hastis puris Vespasiani rarle tempore legatis legionariis dari solita esse, doret Borgh. l. l. Quamquam plerumque idem essa solet hastarum at vexillorum numerus.

5451. Q · ROSCIO · SEX · F ‖ QVIR · COELIO · MVRENAE ‖ SILIO · DECIANO · VIBVLLO ‖ PIO · IVLIO · EVRYCLI · HERCLANO ‖ POMPEIO · FALCONI · COS ‖ XV · VIR · S · F · PRO · COS · PROVINC · ASIAE · LEG · PR · PR ‖ IMP · CAES · TRAIANI · HADRIANI · AVG · PROVINC ‖ BRITTANNIAE · LEG · PR · PR · IMP · CAES · NERVAE ‖ TRAIANI · AVG · GERMANICI · DACICI ‖ *p*ROVINC · MOESIAE · INFERIOR · CVRATORI ‖ *via*E · TRAIANAE · ET · LEG · AVG · PR · PR · PROVINC ‖ *iudaeae* · ET · LEG · X · FRET · LEG · PR · PR · PROV · LYCIAE ‖ *et* · *pamph*YLIAE · LEG · LEG · V · MACEDONIC ‖ *in bello* · *dacico* · *donis* · MILITARIBVS · DONATO · · · · [1]) — Gabiis in Mus. Vat. illatus. Visconti, Mon. Gabini p. 206. V. et correxi ipse.

1) Borghesius (*Burbulejo* p. 24) Falronem ut legatum legionis V Maredonirae ob bellum Daricum donis militaribus donatum esse doruit; nam Traiani aetate legio illa in Moesia tendebat, unde in Daciam missa est.

§. 16. HADRIANVS. SABINA. ANTINOVS. L. AELIVS CAESAR CET.

N. 805 S . P . Q . R ad serundum titulum pertinet; pro VNVS l. PRIMVS. Fragmentum huius tituli in marmore praegrandi scripti, litteris aeneis inauratis, anno 1812 in foro Traiani repertum est: . . . . ‖ . . . RAIANO H . . . . . . ‖ . . . . . MAX . TR . . . . ‖ QVI . PRIMVS . OMN . . . . ‖ . . . . SOLVS . REMITTEND . . . ‖ . . . . . IES . CENTENA . M . . . .; cf. Fea, *Fasti* p. 112. — In monumentis autem Sabinae et Iuliae Domnae de *conventu matronarum* agitur, qualem in monte Quirinali fuisse srimus; cf. Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges.* d. *W*. 1850, p. 298).

N. 806 spurius; rf. n. 805, et quae Orellius notavit.

N. 808, v. 1 aperte interpolatus. Titulum Nursiae axscriptum sub n. 5452 referam, qui tamen ab hoc diversus esse videtur.

N. 812, v. 2 PARTH . F . DIVI . NERVAE . NEP. omisit Orellius.

N. 813 idem ac n. 5.

N. 816 rep. Gabiis; *Nov. lett. Fior.* 1773, 4.

N. 819, v. 8 rorr. RVTILVM.

N. 820 post v. 2 duo versus erasi sunt; v. 4 LVST . $\overline{XXII}$; v. 7 A LARCIVS; v. 9 PAL PHILIPPVS; huic tribus adiuncta, quia non libertus, ut reteri, sed liberti filius fuit. V. ipse muro infixum domus cuiusdam vici *del Banco di S. Spirito*.

N. 821, v. 5 AVG . P . P ‖; Mommeen, I. N. 4142 ex codire Redii apad Gadiom Ms. Guelferb. 1081.

N. 822, v. 12 PROVINC .; v. 15 CANDIDATO; v. 18 PLEB . $\overline{III}$. VIRO. Arneth, *Beschr. d. k. k. Mënz- und Antiken-Kabinettee*, *Mormorwerke* p. 32.

N. 825, v. 8 pro IN l. IS; *Eff. lett. di Roma* 1774, p. 18.

N. 827 idem ac 814.

N. 828, v. 1 FVLGV . . . , Grat.

N. 829, v. alt. *pius felix* primes Commodus appellatas est. Forlasse *Pontif.* ?

N. 830 extr. dele F; Anon. Eiosiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Philol.* V, 1, p. 127 (cf. p. 119) et N. Signorili apud de Rossi, *le prime raccolte* cet. p. 70 (G. A. t. 127).

N. 832, v. 1 FAL Mur. l. l. et Mommsen, I. N. 3542; not. 1 certe *Primi Pilo.*

5452. IMP · CAESARI ‖ DIVI · NERVAE · NE‖POTI · DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · F · TRAIAN ‖ HADRIANO · AVG ‖ PONTIF · MAX · TRIB ‖ POTES · XI · COS · III ‖ D · D — Nursiae. Borghesio exscr. Capellus; cf. n. 808.

5453. IMP ‖ CAESARI ‖ TRAIANO ‖ HADRIANO ‖ AVG · IOVI ‖ OLYMPIO 1) ‖ CONDITORI ‖ COS 2) — In vico *Karaboghas* inter parietinas Priapi. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 151.

1) Rara admodum in monomentis Latinis deorum nomina cognominum loco imperatoribus indita (cf. n. 618 et inscriptionem sequentem), quamvis saepe id adulationis genus in titulis Graecis obvium sit; cf. C. I. Gr. multis locis. 2) corr. COL, ut est in monumento simillimo inter rudera Parii reperto (l. l.). Nescio, num aliunde constet, coloniam a Romanis Priapum deductam esse.

5454. *imp · caesari* ‖ DIVI TR*aiani* ‖ PARTHI*ci f · divi* ‖ NERVAE *nepoti* ‖ HADR*iano* ‖ AVG · PON*tif · max* ‖ TRIB · POT · · · *cos* ‖ III *p p* ‖ CONSC*ripti* ‖ TREBVL · OB *merita* ‖ IOVI · TRE*bulano* 1) — Rep. haud longe ab Aufidena (*Castel di Sangro*) Bull. Inst. Arch. 1847, p. 152; Mommsen, I. N. 5151.

1) Quod alterum editor proposuit supplementum: *pro salute imp. caesaris* rel. mihi quidem minus placet, licet omnium hoc monumentum Italicum sit, quo imperator aliquis deus appellatur, nec commodo loco nomen istud positum esse fatendum sit. — *Conscriptos* habemus etiam n. *5127*.

5455. IMP CAESAR DIVI TRAIANI PARTHICI F DIVI NER‖VAE *nepos traianus* HADRIANVS · AVG PONTIF ‖ MAXIM TRIBVNIC *potest* $\overline{VIII}$ COS $\overline{III}$ 1) PROCOS ‖ *e*QVITIB E*t* P*editib qui mili*T*a*VER IN ALIS VI ET ‖ COH XXI QVAE *appellan*T I HISPA$\overline{N}$VR 2) C R ET $\overline{I}$ QV RV 3) ‖ · · · · · · P · · · · · · · · · R · · · · · · · · ET PETRIAN 4) ‖ · · · · · · · · *i* HISP ET $\overline{I}$ FRISIAV ET $\overline{I}$ ‖ · · M · SALIN 5) ET $\overline{I}$ SVNVC ET $\overline{I}$ VANG^{M} 6) ET $\overline{I}$ BAETASIOR ‖ ET $\overline{I}$ DELM ET $\overline{I}$ AQVIT ET $\overline{I}$ MENAP ET $\overline{I}$ VLP TRAIANA ‖ *a*VG C R ET $\overline{I}$ IDAV · RD C R 7) E*t i* · · R ET $\overline{I}$ BATAV ET $\overline{I}$ TVN‖GR ET $\overline{II}$ LING ET $\overline{II}$ ASTVR ET $\overline{II}$ DONGON 8) ET $\overline{II}$ NERV ‖ ET III BRAC AVGVSTANOR ET $\overline{III}$ NE · · M 9) *et* $\overline{VI}$ NERV ‖ QVAE SVNT IN BRITANN SVB PLATORIO NEPOTE 10) ‖ (sequuntur formulae, quas v. n. 5430; post eas:) AD XVI K OCT ‖ C IVLIO GALLO C VALERIO SEVERO COS ‖ COH $\overline{I}$ SVNVCOR CVI PRAEST ‖ AVLVNTVS CLAVDIANVS ‖ EX PEDITE ‖ ENTIPONT ALBANI F S*u*NVCO ‖ *de*SCRIPTVM cet. (ut. n. 5442) — Rep. in vico *Stannington* dioecesis Eboracensis Britanniae 1761,

nunc *Sheffieldii.* Gough, *Additions to Camden's Britannia* III, p. 28 cet.; Bull. Inst. Arch. 1848, p. 27 sqq.; *Rhein. Jahrbb.* 1848, XII.

1) a. 877 = 124; cf. 5459. 2) I. HISP AsTVR; cf. Bull. Inst. 1851, p. 73, ubi quae contra hoc supplementum attuli, titulo quodam Britannico refelluntur, quo ALA PRIMA HISPANORVM ASTVRVM omnibus litteris exhibetur. 3) CV*ge*RN ? vel QV*erque*RN ? 4) Nomeo a Petra quodam praefecto vel legato deducendum, minime a civitate Petraeorum. 4) Quum ante M duas litteras desiderentur, Me*s*SALIN, vel Me*s*SALI*o*N legi non posse patet. 6) VANG*ionum Miliaria.* 7) I *f*IDA VaR*dulorum Civium Romanorum*, de qua cf. quae ll. ll. attuli. 8) Ex hac inscriptione eurr. *Lungonum* nomen a Ptolemaeo II, 6 in Hispania commemoratum. 9) NEr*v(iorum) Miliaria.* 10) cf. n. 822, et Britannicas nonnullas inscriptiones, de quibus v. ll. ll.

5456. T · PONTIVS · T · F · PAL · SABINVS ‖ PRAEF COH · I · PANN · ET · DALMAT ‖ EQ · C · R · TRIB · MIL · LEG · VI · FERRAT ‖ DONIS · DONATVS · EXPEDITIONE PAR‖THICA · A DIVO TRAIANO · HASTA PVRA ‖ VEXILLO CORONA MVRALI 7 · LEG · XXII ‖ PRIMIG 7 · LEG · XIII GEMIN · PRIMVS PI‖LVS LEG III AVG PRAEPOSITVS VEXILLA‖TIONIBVS MILLIARIIS · TRIBVS EXPEDI‖TIONE BRITTANNICA · [1]) LEG VII GEMIN ‖ VIII · AVG XXII · PRIMIG · TRIB · COH · III ‖ VIG · COH · XIIII · VRB · COH · II · PRAET ‖ P P II[2]) PROC PROVINC · NARBONENS ‖ IIII VIR · I · D · QVINQ FLAMEN · PATRON ‖ MVNICIPI — Cippus marmoreus, in cuius parte antica legitur: T · PONTIO · T · F · PAL · ‖ SABINO ‖ P P II PROC PROVINC ‖ NARB IIII VIR · I · D · QVINQ ‖ FLAMIN · ET · PATRON ‖ MVNICIPI ‖ VALERIA · L · F · PROCVLA ‖ VXOR ‖ L D D D — Ferentini. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 135 sqq.

1) sc. Hadriani Augusti; id quod ipsa munerum consecutione, quamvis confusa, satis constat. De bello autem Britannico Hadriani cf. praeter titulum n. 804 et Spart. Hadr. 5 Frontou. ed. Rom. p. 200. 2) *Primus Pilus iterum*, i. e. cum dignitate primipilari, quae equestrem aequabat, dimissus; cf. Bull. Inst. 1845, p. 135, et l. l.

5457. *s p q* R ‖ *imp caes divi traiani* PARTHICI F ‖ *divi nervae n traiano ha*DRIANO AVG ‖ *pont max imp · ii trib pot xv*III COS III P P ‖ *quod exorto belli a*RDORE MISSO ‖ *exercitu exantlatis lab*ORIBVS MAX*imis* ‖ *rem publicam ab ho*STE LIBERAVERIT [1]) — Romae in tabulario, nescio ubi repertus; litteris magnis aere incrustatis. Ipse exscr. ac supplementa addidi, quae sententiam monumenti indicarent, ipsa eius verba minime repraesentarent.

1) Ad monumentum publicum a senatu et populo Romano Hadriano Aug. dedicatum misera haec fragmenta pertinere prioribus eorum versibus satis declaratur. Nec qui ultimum versum legerit, ob bellum titulum positum esse infitias ibit. Iam vero nomine *patris patriae* Hadrianus trib. pot. XII primum honoratus est, ita ut numero . . . III potestates tantum XIII, XIIII vel XVIII, XVIIII significari possint, bella vero Sarmaticum et Britannicum prioribus imperii annis gesta commemorata esse nequeant. Accedit, quod circa trib. pot. XIII et XIV Hadrianus, tranquillis imperii rebus, per Arabiam, Syriam, Aegyptum itinera faciens Romae non aderat. Restant XVIII et XVIIII, ad annum spectantes 135, quo non solum bellum cruentum contra Iudaeos ad finem perductum est, sed ipse imperator Romam rediit (cf. Eckhel VI, p. 482, Tillemont II, p. 251), ubi a. d. IV Nonas Maias morabatur (Grut. 315, 9). Quae quum ita sint, mihi quidem satis probabile est, ob ipsam victoriam Iudaicam monumentum factum esse. Cf. tamen, quae de tribunicia potestate Hadriani ad n. 5459 adnotavi. — Quae v. 5 leguntur . . RDORE MISSO, minus accurate reputanti ad remissionem quandam vectigalium debitorum spectare potuerant; neque tamen ulla

mihi certe vox Latina nota est, quae ibi admitti possit, nisi quam ipse proposui. V. ult. pro *rem publicam ab hoste*, si minus placet, *pone: r. p. a perniciosissimo hoste.*

5458. · · · · · · · · · [1] ‖ LEG · *aug* · PR · PR ‖ PROVINC · SYRIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR ‖ PROV · BRITANNIAE ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINC · GERMANIAE ‖ INFERIORIS · PRAEF ‖ AERARI · SATVRNI ‖ LEG · LEG · XXX · VLPIAE ‖ PRAETOR · TRIBVNO ‖ PLEBIS · QVAESTORI ‖ AVG · TRIB · LATICLAV*i*O LEG · X · FRETENSIS · TRIVMVIRO ‖ A · A · A · F · F ‖ AEQVENSES ‖ MVNICIPES — *Coltuch* prope *Sing* Dalmatiae. *Marmi macaresi*, ed. 2, p. 48, 1; *Archaeologia* III, p. 344.

1) Borghesi, *Burbuleio* p. 57, Iulio Severo, summo Hadriani adversus Iudaeos duci titulum tribuit.

5459. IMP · CAES · DIVI · TRAIANI · PARTHICI · F ‖ DIVI · NERVAE · NEPOTI ‖ TRAIANO · *hadriano* · AVG ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · XXII · [1] IMP · II · COS · III · P · P ‖ ET · DIVAE · SABINAE ‖ IMP · CAE*s* · T · AELIVS · HADRIANVS ‖ ANTONINVS · AVG · PIVS · PONT · MAX ‖ TRIB · POT · II · *cos* · *ii* · DESI*g*N · III · P · P ‖ PARENTIBVS · SVIS — In mole Hadriana Maz. 12; Apian. 198; Grut. 252, 7; accuratissime descr. in cod. Rigazziano Ariminensi, ex quo Mommsen, Anal. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 305), et in codice Nicolai Signorilii, ex quo de Rossi, *prime raccolte* cet. p. 66, titulum ita dedit, ut litteris minusculis adiungeret, quae varie apud Bernardum Oricellarium (de urbe Roma) leguntur: v. 1. CAES*ari; Filio;* v. 2. *hadriano;* v. 3. AVG*usto*; v. 5. CAES*ar;* v. 6. PONT*ifex*; v. 7. TRIB*un* · POT*es*. Quae vereor ne supplementa sint editoris Becuccii, qui in *Rer. ital. script. ab anno* 1000 *ad* 1600, 1770, II, p. 757 sqq. commentarium illum edidit.

1) Ita quoque apud Card. Dipl. XVII contra opinionem vulgatam (Eckhel, VIII, p. 414); unde Hadrianum non die imperii, sed kalendis Ianuariis tribuniciam potestatem iterasse suo iure Borghesius proposuit (*Giorn. Arc.* CX, *sull' età di Giovenale* p. 27). Neque tamen mihi constat, quo anno primum id factum sit; potestas enim tribunicia II coniuncta cum consulatu III prioribus imperii annis veterem rationem Hadrianum secutum esse demonstrat. Scripsit mihi nuper Borghesius de hac re, quae subiunxi: „*L'origine delle tribunizie podestà di Adriano sarebbe già nota da un pezzo, se per sostenere l'invalsa opinione, che sempre si ripetessero nel giorno in cui si erano ricevute, non si fossero falsati i monumenti, fino anche a giudicarli supposti, come del seguente ha fatto il Zaccaria nelle Istit. lapid.* p. 573. *Il grande epitafio di Adriano che esisteva in Castel S. Angelo, aveva già annunziato che, quando morì, contava la podestà XXII, e non è stato se non che il Panvinio, siccome confessa il Grutero, che ne' suoi fasti all' anno* 891 *ha cambiato quel numero in XXI. Ma in oggi il Cav. de Rossi, le prime raccolte* n. 31, *ha con invitte testimonianze ripristinato l'antica lezione. Ella è sostentata dalla Gruteriana* 256, 5. *che gli attribuisce la medesima podestà ai* 15 *di maggio, e gli è poi stata confermata ai* 16 *di giugno dal diploma XVII del Cardinali. Era l'Achille dell' opposta sentenza l'altro diploma dello stesso Cardinali n. XV, in oggi perduto, con cui gli si assegnava il tribunato XII ai* 18 *febbraio dell'* 882; *ma lo Smetio confessa di averlo copiato dal Ligorio, e potete vedere nel Vernazza, dipl. di Adr.* p. 8, *come sia andato soggetto ad emendazioni, una delle quali sarà provenuta dal solito Panvinio, che ne' suoi fasti gli tolse un' unità, come aveva fatto all' epitafio della mole Adriana. La frode è stata ultimamente smascherata da un terzo diploma rinvenuto in Valacchia, di cui l'Arneth n. VII ci ha dato il facsimile, in cui ai* 22. *marzo dell' anno medesimo rettamente si nota la sua podestà XIII. Ora*

Adriano essendo morto ai 10 luglio dell' 891 dopo venti anni ed undici mesi d'impero, è chiaro che non avrebbe toccato la podestà XXII, se avesse proseguito a numerarla dal principio d'agosto, in cui gli fu data nell' 870, onde convien ammettere che la cambiasse prima de' 20 di marzo, e diciamo anche prima dei 18 di febbraio. Ma non trovandosi avanti questo giorno alcun avvenimento, a cui riferire il motivo di un tale mutamento, come si è trovato in Traiano, non resta se non che riportarlo all' apertura dell' anno, talchè sia stato l'istitutore d'una pratica, che fu poi seguita dai suoi successori. Parmi anzi di travederne la ragione nell' esser egli tuttavia in oriente, quando sopravvennero le prime calende di gennaio che seguirono la sua assunzione, per cui potè facilmente adottare il costume dei principi di quei paesi, che computavano gli anni del loro regno dal principio dell' anno civile, costume che anche per gli imperatori osservavasi nella limitrofa provincia dell' Egitto."

5460. D · M ‖ L · VIBIVS · AVG · LIB · FLORVS · FECIT ‖ VIBIAE · CHELIDONI · CONIVGI · SVAE ‖ KARISSIMAE · B · M · ET · SIBI · ET · VIBİS ‖ SABINIANO · MATIDIANO · FLORO · THELIMORPHO ‖ MATIDIANE · 1) LIBERIS · SVIS · ET · VIBIO · THELIMORPHO ‖ AVG · LIB · PARENTI · 2) SVO · KARISSIMO ‖ ET · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · *Suis* ‖ SVORVMQVE · POSTERISQVE ‖ EOR · · · · ‖ M · CVM VPOGAEO SVO HERED EXTERV NON *sequetur* — Roma in Mus. Borbonicum Neap. illatus. Grut. **1114, 8**; Mommsen, I. N. 7133.

1) Praenomine *Lucii* satis apparet, ad Vibii Treboniani aetatem titulum non pertinere. Ante quem quum nullus alius gentis Vibiae imperaverit, non Augusti, sed *Augustae* libertum Vibium fuisse necesse est. Cognomina vero Sabiniani et Matidiani ad notissimas Sabinam et Matidiam sorores facile referuntur; quarum quum antea genus ignoraretur, L. quendam Vibium, Matidiae Augustae neptis Traiani maritum, earum patrem fuisse Borghesius ostendit; cf. *Giorn. Arcad.* 1829, ubi de fragm. Constantinianis egit. 2) In litura positum, ubi antea D . . . . . legebatur.

5461. FORTVNAE · AVG · ‖ PRO SALVTE · L · AELI ‖ CAESARIS · EX · VISV · ‖ T · FLA · SECVNDVS · ‖ PRAEF · COH · Ī · HAM‖IORVM · SAGITTAR · V · S · L · M — *Caervorran, Northumberl.* Archaeologia XXIV, p. 352.

§. 17. ANTONINVS PIVS. FAVSTINA MAIOR CET.

N. 834 cf. C. I. Gr. 2965, quo Antoninus Pius iis nominibus appellatur, quibus ante adoptionem usus est: *Τ. ΑΙΛΙΟΥ . ΦΟΥΛΒΟΥ . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ*; Eckhel VII, p. 1.

N. 836, v. 2 intellige AVGVSTAE, sc. Matidiae maioris, Traiani neptis ex Marciana sorore.

N. 838 spurius; cf. Mommsen, I. N. 236*.

N. 839 paullo accuratius dedit Lersch, C. M. III, 2.

N. 842, v. ult. alii MAG; not. 1 recte Mur. SEVER, ut plures etiam auctores exhibent; cf. Mommsen, I. N. 5166.

N. 843 fin. pro O fortasse ∞ ?

N. 846. Titulum Grut. 259, 8 Borghesius pro interpolato potius quam spurio habere videtur; laudat enim praefectum municipii Dacorum tassiorum; *lapide Grut.* p. 20 (Actt. Acad. Taurin.). Mihi nihilominus sententia Orellii magis probatur, quum praeter ea, quae hic notat, et municipium populi alicuius et praefectus municipii parum placeant.

N. 850, aperte spurius, nisi potius duas inscriptiones maxime diversas conglutinatas esse credere malis. Mirum, quod hoc monumento Eckhelius usus sit ad aetatem Faustinae definiendam; cf. VII, p. 37.

N. 851, v. 3 deest PONTIF; cf. Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* V, p. 128. Idem in nn. 852 et 853 habet IMP, in n. 852 T pro *imperatorie*, *Titi.*

5462. *imp · caes · divi* · HADRIAN*i* ‖ FIL*io* · DIVI · TRAIANI ‖ PARTHICI · NEPOTI ‖ DIVI · NERVAE · PRON ‖ T · AELIO · HADRIANO ‖ ANTONINO · AVG · PIO ‖ PONTIF · MAX · TRIB ‖ POTEST · *ii* · COS · II[1] ‖ P · D · D[2] — Compsae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 56, 3; Mommsen, I. N. 192.

1) a. 139. 2) *Publice Decreto Decurionum.*

5463. *im*P · CAES · T · AELIO · HADRIAN*o* ‖ ANTONINO · AVG · PIO · PONT · MAX ‖ TRIB · POTES · XXI · IMP · II · COS · IIII · [1]) P · P ‖ L · MATVCCIO · FVSCINO · LEG · AVG · PR · PR ‖ LEG · III · AVG — *El Kantara* Numidiae. Renier, *archives des missions* 1851, p. 442.

1) a. 158.

5464. DIVO PIO ‖ PATRI ‖ IMP · CAES · M · AVRELI ‖ ANTONINI AVG ‖ ARMENIACI · [1]) ET ‖ IMP · CAES · L · AVRELI ‖ VERI · AVG · ARMENIAC ‖ C · IVLIVS · C · FIL · PAP ‖ CAESIANVS · AEDIL · ‖ II VIR · Q · P · P · STATVAM ‖ · · · · · Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien* XVII (*Abh. d. B. Akad. d. W. V*, 2.).

1) Titulus anno 164 vel 165, annive 166 mensibus prioribus exaratus est; nam anno iam 166 fratres Parthicorum quoque nomina appellantur.

5465. LEPIDIAE · L · F ‖ PROCVLAE ‖ SACERDOTI · DIVAE ‖ FAVSTINAE ‖ AVG · ET · ‖ DIVAE · MATIDIAE ‖ AVG · [1]) D · D · P ‖ PECVNIA · AB · EA ‖ REMISSA — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 338, 18.

1) Matidia maior, Traiani ex Marciana neptis.

5466. *t* · (?) *aeliu*S · AVG · LIB · NARCISSVS ‖ · · · · · · NATIONE · PARTHVS · PAEDAGOGVS ‖ *pueror*VM · IMP · ET · PAPAS · GALERIAE ‖ *aug* . [1]) *libert*AE · LYSISTRATES CONCVBINAE ‖ DIVI PII[2]) ‖ · · · · · TORIVM · FVNDI · PAELIGNIANI ‖ *r*ESTITVIT ‖ · · · · *ma*CERIAM · A · FVNDAMENTIS · EXSTRV‖*xit et* CIRCVMDEDIT — *Tenuta di Salone*, in via Praenestina. *Nov. lett. Fior.* 1786, 181.

1) *Augustae*, sc. Faustinae, cui nomina Anniae Galeriae fuerunt; Capitol. Ant. et M. Aurel. 10. 2) De hoc Antonini concubinatu nihil praeterea innotuisse credo.

§. 18. M. AVRELIVS ANTONINVS PHILOSOPHVS. FAVSTINA MINOR CET.

N. 856: M. Aurelii matrem iniuria Calvillam a vv. dd. appellari exposuit Borghesius, G. A. I, p. 366; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 120. de figlinis eius verba faciens.

N. 861: quae in fine tituli leguntur notae S . P . Q . R, ab initio eius collocandae sunt; v. 1 l. DIVI . VERI; deinde MAX . FRATRI; v. 2 PRONEP. ABNEP; v. 3 AVRELIO, PONTIF . MAXIM . TRIBVNIC . POT . XXX; v. 4 MAXIMORVM, BELLICOSISSIMIS GENTIBVS, pro *atque* AVT; Anon. Einsiedl. ed. Haenel, *Archiv f. Phil.* cet. V, 1, p. 124.

N. 862, 863 spurii, ficti a Pratillio; Mommsen, I. N. 237* et 202*.

N. 866. Faustina, dum in vivis erat, nunquam *mater Augusti* dicebatur; duobus enim annis post mortem eius filius Augustus appellatus est. Titulus igitur interpolatus est, in quo si pro *M. Aureli.* DIVAE legerimus, omnia bene procedent; cf. Eckhel, VII, p. 81.

N. 867 a Pratillio fictus; Mommsen, I. N. 203*.

5467. O D EX · PR · DOM LVC · VER · CL · QV [1]) ‖ ANT IIII E · VERO II ‖ COS [2]) — Romae. Fabr. p. 513, n. 183; corr. Borghesi, G. A. I, 1819, p. 359; cf. n. 856.

1) *Opus Doliare* EX . *PRaediis* . *DOMitiae* LVC*illae* . VER*i* (i. e. Annii Veri). CL*audius* . QV*inquatralis*; cf. Fabr. l. l. 2) a. 145.

5468. M · AVRELIO ‖ VERO · CAESARE · [1]) COS ‖ IMP ‖ T · AELI · HADRIANI ‖ ANTONINI · AVG ‖ PII · FILIO ‖ P · P · [2]) D · D — Tyndaride in Mus. Panormitanum illatus, rep. una cum statua M. Aurelii. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 57, 5.

1) Sic exscr. Stephanius; videtur tamen CAESARI legendum esse. 2) *Permissu Proconsulis*, Borgh. l. l., quae formula antea in solis inscriptionibus Africanis reperta erat.

5469. M · AELIO · AVRELIO ‖ CAES · COS · II · [1]) FIL ‖ IMP · ANTONINI · AVG · PII ‖ P · P · [2]) D · D · P [3]) — Firmi, in theatro. Bull. Inst. 1839, p. 89.

1) a. 145. 2) *Patris Patriae*. 3) *Decreto Decurionum Publice*.

5470. VICTO‖RIAE ‖ PARTHI‖CAE MA‖XIMAE ‖ AVGS [1]) ‖ D D P P [2]) — et: VICTO‖RIAE ‖ ARME‖N*I*ACAE ‖ AVGVS‖TORVM [3]) ‖ D D P P [2]) — In foro Cuiculitanorum, alter in basi octogona, alter in hexagona. *Exploration de l'Algérie, beaux arts*, vol. I, pl. XXXIV, 4.

1) corr. AVGG. 2) cf. n. 5468, not. 2. 3) Divos fratres intelligo.

5471. IMP CAES ‖ M AVRELIO ‖ ANTONINO ‖ AVG ARMENI-‖ACO PARTHICO ‖ MAX MEDICO ‖ TRIB P XXIII [1]) IMP ‖ II COS III PP IIB'‖RISOTIVSDM‖IO [2]) DIVINAE ‖ ARAM DON ‖ POSVIT ‖ P FVNDANI‖VS SOLVIT [3]) — *Ksour-el-Rennaia* Africae. *Mémoires des Antiquaires de France* XXI, p. 77.

1) a. 922 = 169, sed pro IMP II corr. IMP V. 2) l. LIBERISQ . EIVS DOMVIQ. 3) In voce SOLVIT cognomen hominis latere videtur.

5472. IMP · CAES · M · AVRELIVS · ANTONINVS · AVG ‖ PONTIF · MAX · TRIB · POTEST · XV · COS · III · [1]) ET ‖ IMP · CAES · L · AVRELIVS · VERVS · AVG ‖ TRIB · POT · COS · II · [1]) TERMINOS · VETVSTATE ‖ COLLAPSOS · EXALTAVERVNT · ET · RESTITVE‖RVNT · R · R · [2]) PROXIMO · TERMINO · PED · · · · · ‖ POSITOS · EX · AVCTORITATE · IMP · CAESARIS ‖ NERVAE · TRAIANI · AVG · CVRANTE ‖ A · PLATORIO · NEPOTE · CALPVRNIANO ‖ CVRAT · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPARVM ‖ ET · CLOACARVM · VRBIS — Rep. Romae in regione Iudaeorum a. 1631. Mur. 455, 3; corr. Fea, *Fasti* n. 35.

1) a. 161. 2) *Recta Regione*; cf. Grut. 200, 3 et Or. 5011.

5472a. DIVAE ‖ FAVSTINAE ‖ PIAE ‖ IMP · ANTONIN ‖ AVG ‖ P · D · D — Aeclani. Mommsen, I. N. 1101.

5473. VIBIA*e* AVRELIA*e* ‖ SABINAE [1]) ‖ IMP SEVERI AVG ‖ N SORORI DI‖VI PII MARCI ‖ FILIAE ‖ C · ANNIVS C ‖ FILIVS PAPIR ‖ SATVRNINVS ‖ PATRONAE — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 38; Clarac, *Musée de sculpt. inscr.* pl. LXXIV, n. 29.

1) cf. Or. 869. Nomen Vibiae una cum cognomine Sabinae a Sabina Aug. Hadrianus accepit, de cuius familia v. n. 5460, Borghesi, *Giorn. Arcad.* 1829 de fragmentis Constantinianis, et quae ipse nuper adnotavi apud Gerhardum, *Arch. Ztg. (Denkm. u. Forsch.)*, 1852, col. 431. Uxorem eam fuisse Claudii Severi, matrem Anniae Faustinae Elagabali, idem Borghesius docuit, l. l. (Dio 79, 5; Herod. V, 6), contra Eckhelium VII, 261. Idem vir doctus eodem loco de ceteris M. Aurelii filiabus disseruit, quibus, praeter Lucillam Veri et Domitiam Faustinam (Or. 872), *Fadillae* et *Cornificiae* nomina fuisse demonstravit. Et de illa quidem, quae ex sententia eius Antistio Burro cos. 181 nupsit, titulis quibusdam Ephesiacis constat (C. I. Gr. 2969 a, b): *ΦΑΔΙΛΛΑΝ ‖ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ‖ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ‖ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ‖ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ‖ ΣΕΒΑΣΤΟΥ*, licet nomen eius gentilicium ignoretur. *Cornificiae* vero, praeter monumentum Graecum mutilum (C. I. Gr. 2970, b), titulum sequentem habemus Romae ad D. Pauli repertum (Nicolai, *Basilica di S. Paolo* p. 97):

5474. D · M ‖ IANVARIO ‖ ARKARIO ‖ CORNIFICIAE ‖ AVG ·[1] SORORIS ‖ DIGNISSIMO · CANDI‖DATO ‖ HYMENAEVS · AVGG ‖ . . . .

1) sc. Commodi. De ea cf. Dion. 77, 16. Maritus eius fuit M. Petronius Mamertinus cos. 182. Nomen autem acceperat ab *Annia Cornificia Faustina* amita, uxore Ummidii Quadrati, ad quam haec inscriptio pertinet:

5475. DIS · MAN ‖ CORNIFICIAE ‖ FAVSTINAE · LIB ‖ EVPORIA ‖ ARAM · IN · FRONTE ‖ PEDES · X · IN · AGRO · PED · XI · Grut. 8 6, 4 = 971, 6. — Eidem Borghesius l. l. sequentem titulum tribuit:

5476. OPVS DOL EX PRAED VMIDI QVADRATI ‖ ET ANNIAES FAVSTINAE EX F ‖ SEX APRI SILVINI — Mar. Atti 514; corr. Borghesi l. l.; de his cf. Cap. M. Ant. Philos. 1.

Filiis M. Aurelii (Or. 870. 871) adde *Hadrianum* titulo Ephesiaco laudatum C. I. Gr. 2968: *ΑΔΡΙΑΝΟΝ ‖ ΥΙΟΝ Μ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ‖ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ ‖ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ* cet.

5477. *t · aitrasio · · · f · · · pollioni cos ii* ‖ *pr · pr · aug*VSTORVM[1]) COMIT*i m · antonini* ‖ *et l · ver*I AVGG EXPEDI*tionis* : · · ‖ · · · · · · · · *germ*ANICAE ITEM COMITI *m · anto*‖*nini et com*MODI AVGG · EXPEDIT*ionis* ‖ *germanicae sar*MATICAE[2]) BIS DONIS M*ilit* ‖ *donato cor*ONIS MVRALIBV*s ii vallari*‖*bus ii aur ii* HAS*tis puris viii vexillis viii*[3]) *procos · asiae*[4]) *leg · aug · pr · pr ·* ‖ *provinciae moesiae inferioris*[5]) *procos* ‖ *provinc galliae narbonensis*[6]) *leg aug leg · · · ·* ‖ *pontifici s*ODALI ANTONIN*iano praef* ‖ *alimento*RVM · PRAETORI QV*aestori* ‖ *iiiviro moneta*l A · A · A · F · F · MARITO *Anniae* ‖ *flaviae fausti*NAE IMP CAESARIS M *antoni*‖*ni aug et div*AE FAVSTINAE PIAE PA*truelis* ‖ *commodi* AVG · · · · · · ·[7]) ‖ *huic senatus* AVCTORIBVS IMP*eratoribus* ‖ *antonino et* COMMODO AVGG · *Germanicis sarmati*CIS STATVAS DVAS V*nam ha*‖*bitu milita*RI IN FORO DIVI TRA*iani al*‖*teram habi*TV CIVILI IN PRONA*o aedis* ‖ *divi pii pon*ENDAS CENS*uit* — Romae, in Museo Kircheriano, rep. sub altari maiore aedis Iesu. *Rhein. Jahrbb.* 1843, II, p. 104. Supplementis ibi a Borghesio propositis alia nonnulla ipse addidi.

1) sc. M. Aurelii et Commodi. Consul autem fuit primum sub Antonino Pio, id quod provincia consulari apparet sub huius imperio administrata (cf. n. 5290); iterum a. 176. 2) Borghesius l. l. *Marcomannicae Sarmaticae*; neque tamen unquam in

inscriptionibus ita bellum illud nominatum me reperire memini. 3) De insolito donorum numero cf. n. 5448. 4) cf. n. 3421, licet dubitem num suo loco proconsulatum collocaverim. 5) cf. n. 5290. 6) Si quidem recte Griselicos provinciae Narbonensi tribui. 7) Filiu Annii Libonis cos. 128, patrui imperatoris M. Antonini; cf. Borghesi, de fragm. Const. G.A. 1829. Eius consobrina dicitur Lamprid. Comm. 5; cf. Galen. *de praecognitione*. Post Antoninum et Faustinam Commodum quoque commemoratum esse ob dignitatem eius probabile est. Unde nomen *Flaviae* Borgh. l. l. sumserit, mihi non liquet. Si ex solo titulo n. 3421, ego legere malim M. FIL. — Praefectus Pollio in locum Vindicis successit, qui in proelio contra Marcomannos cecideret (Dio 71, 3), collega Bassaeo Rufo (Or. 3574, Kellerm. Vig. 42). — Vitrasium Pollionem, leg. prov. Lugdunensis, ad quem Hadrianus rescripsit, nescio, num pro eodem cum marito Anniae Faustinae habere liceat. Equidem pro patre eius eum habere maluerim, unde in recensendis Vitrasii honoribus legationem prov. Lugdunensis omisi.

5478. M · CLAVDIO · *ti* · F · *Quirina* ‖ FRONTONI · COS ‖ LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIARVM · DACIARVM · ET ‖ SVPER · SIMVL · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIA*rum* ‖ DACIAR · LEG · AVGG · PR . PR · MOESIAE · SVPER ‖ DACIAE · APVLESIS · SIMVL · LEG · AVGG · PR · PR · PRO‖VINCIAE · MOESIAE · SVPER · [1]) COMITI · DIVI · VERI ‖ AVG · DONATO · DONIS · MILITARIB · BELLO · AR‖MENIACO · ET · PARTHICO · AB · IMPERATORE · AN‖TONINO · AVG · ET · A · DIVO · VERO · AVG · CORONA ‖ MVRALI · ITEM · VALLARI · ITEM · CLASSICA · ITEM ‖ AVREA · ITEM · HASTIS · PVRIS · IIII · ITEM · VEXILLIS ‖ IIII · CVRATORI · OPERVM · LOCORVMQ · PVBLICOR ‖ MISSO · AD · IVVENTVTEM · PER · ITALIAM · LEGEN‖DAM · [2]) LEG · AVGG · PR · PR · EXERCITVS · LEGIONARII ‖ ET · AVXILIOR · PER · ORIENTEM · IN · ARMENIAM ‖ ET · OSRHOENAM · ET · ANTHEMVSIAM · DVCTO‖RVM · LEG · AVGG · LEGIONI*s* · PRIMAE · MINERVI‖AE · IN · EXSPEDITIONEM · PARTHICAM · DEDVCEN‖DAE · LEG · DIVI · ANTONINI · AVG · LEG · XI · CL · PRAE‖TORI · AEDILI · CVRVLI · AB · ACTIS · SENATVS · QVAES‖TORI · VRBANO · X · VIRO · STLITIBVS · IVDICANDIS ‖ IIVIC · SENATVS · AVCTOREM · IMPERATOREM · [3]) AV‖RELIO · ANTONINO · AVG · ARMENIACO · MEDICO ‖ PARTHICO · MAXIMO · QVOD · POST · ALIQVOT · SE‖CVNDA · PROELIA · ADVERSVS · GERMANOS ‖ ET · IAZYGES · AD · POSTREMVM · PRO · R · P · FORTITER ‖ PVGNANS · CECIDERIT · ARMATAM · STATVAM · ET [4]) ‖ IN · FORO · DIVI · TRAIANI · PECVNIA · PVBLICA · CEN · · · — Romae in foro Ulpio. Ex Mss. Ligorii Taurinensibus et Romanis Mai, Frontonis et M. Aur. epist. praef. p. XXII. Versus sex priores, quamvis a Ligorio corruptos, restitue ex titulo sequenti Dacico, quo ipsum monumentum ut genuinum defendit Borghesius, *Memorie dell' Inst. Arch.* p. 47; cf. *Annali* 1846, p. 346.

1) Versus priores legendo confusos ac nonnullos bis scriptos esse apparet. Nomen autem *Apulesis* a Ligorio in inscriptionem intrusum esse dixerim, si modo tantum eruditionem homini licet tribuere. Quapropter trium Daciarum nomina fortasse in titulo legebantur, qui ita fere restituendus est: *leg. Aug. pr. pr. provinciarum Daciarum trium Maluensis, Aurariae* (?), *Apulensis* (quae nomina, ni fallor, evanida male discernebantur), *simul leg. Aug. pr. pr. provinciae Moesiae superioris*. Hac autem legatione post mortem L. Veri functus est; id quod titulo n. 5479 confirmetur, quo

1) corr. COS . IIII . PROCOS. Puto etiam pro CAESARE ubique delivum ponendum esse. 2) Pro IIII corr. ET. 3) In fine versus praecedentis NOB cecidit. — Annus est 257.

5545. *imp* CAES · P · LICINIO ‖ *gal*LIENO PIO FEL ‖ *augus*TO GERM ‖ *max* PONT · MAX ‖ *dacic* · MAX · TRIB ‖ *pot* · *x*IIII · COS ‖ *vi* DESIGN VII ‖ *tean*ENSES · D · D [1]) — Teani. V. Mommsen, I. N. 3991.

1) a. 265. — *Dacici maximi* nomen, licet loco parum apto collocatum, supplevi ex Grut. 275, 3. 4.

5546. P · *Lic*‖*inio* · *corn*E‖LIO · SALONI‖NO · NOBILI‖SSIMO · CAE‖SARI ∾ CIN‖GVLANI ‖ PVBLICE ‖ D · D · P · ∾, et: *Di*VO ‖ *Vale*‖*riano* [1]) ‖ CAES ‖ CING‖VLANI ‖ D · D · P · ∾ — Cinguli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 167.

1) De hoc cf. titulum Sitifensem n. 5335. Est enim P. Cornelius Licinius Valerianus, nepos Valeriani Aug., filius Gallieni Aug., frater Salonini nob. Caesaris et postea Augusti. Hic est filius ille Gallieni, quem a. 259 Postumus Coloniae Agrippinae interfecit; cf. Eckhel VII, p. 421, qui pro Salonino filium occisum habuit, et contra disputantem Cavedonium, in *Albo*, ephemeridibus quibusdam Romanis, a. XIX, n. 17, p. 134, ubi Letronnium (*Journal des Savants* 1847, p. 730) secutus quaestionem valde difficilem optime expedit. Praeter omnino autem ante commemorata nomen Salonini huic quoque fuisse nummis confirmat, omnes nummos *Divo Salonino* inscriptos ei tribuendos esse docens, ad eumque titulum spectare Grut. 275, 5. Ab eo autem distinguendus est Valerianus quidam frater Gallieni cos. II cum Lucilio (Or. 1014), ut recte Norisius quoque intellexit (Epistola consularis II, cuius fragmentum Ortius nuper edidit [Ann. Inst. Arch. 1851, p. 70 sq.], ipsam epistolam mox prolaturus), qui in eo tamen a vero aberravit, quod, quamquam Saloninum et Valerianum filios Gallieni agnovit, illum a Postumo interfectum esse proposuit. — Ad Saloninum spectat titulus Asisii repertus, quem cum Borghesio Bettius, ille mecum communicavit: P. CORNEL ‖ SALONINO ‖ VALERIANO ‖ NOBIL. CAES ‖ PRINCIPI. IVVEN‖TVTIS. FILIO ‖ IMP. GALLIENI ‖ AVG. SOD. Contra frater Gallieni Valerianus ille est, qui in hoc titulo Faleriensi commemoratur:

5547. *p* · LICINIO · *Vale*‖RIANO · IVN · N · *v* [1]) — Ann. Inst. Arch. 1839, p. 56; cf. eund. Bull. 1852, p. 140

1) *Nobilissimus vir* supplevit Borghesius, neque C pro *Caesare* facile eo loco scribi, nec voci CAES spatium sufficere docens.

§. 33. TRIGINTA, QVI DICVNTVR, TYRANNI.

N. 1016 extr. FEL. AVG, Gough, *additions to Camden* III, t. IV, p. 100.

N. 1019 a Sponio, Misc. p. 174, iisdem litteris, sed sine lacunis repraesentatur.

5548. IMP ‖ M C [1]) PIA‖VONIO ‖ VICTORI‖NO AVG — *Pyle* prope *Neath* in agro Glamorgensi, nunc in Museo Swanseiensi. *Archeological Journal* III, p. 274.

1) In nummis Marcus appellatur, unde M et C male exscriptae locum mutasse videntur, praesertim quum C(*aesar*) in monumento huius generis vix deesse possit.

5549. IMP C · C · ‖ POESVIO ‖ TETRICO ‖ P E AG [1]) — *Bittern* prope *Southampton*. Archaeologia XXIX, p. 257.

1) corr. P(*io*) F(*elici*) AVG(*usto*).

§. 34. CLAVDIVS GOTHICVS. AVRELIANVS.

N. 1020, v. 1 AVR; v. 4 pro *et* l. II; v. 5 MAXIMOQ; v. 6 MAIESTATIQ; Finestres II, 28.

N. 1024 pro P. ET recte Schoenwisner P. F; Acta litt. Mus. nat. Hungar. p. 265, n. 48, ubi versus aliter divisi leguntur, initio vero CAES pro caesari. Cognomen CONSTANS nunc desideratur, legitur tamen apud Schoenwisner; cf. n. 4985,

5550. IMP CAES L ‖ DOMITIO AV‖RELIANO PIO FELI‖CI AVG P · P · CON‖SVLI CASTRONO‖VANI · EX D D P — Castronovi, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. *Antologia Romana* 1777, p. 297.

5551. IMP · C · L · D · AVRE‖LIANO · P · F · INVI · C[1]) ‖ AVG PONT · M · T · P · VII ‖ COS III · GER · M · GOT · M · PA‖R · M · DA · M · CAR · M · IM[2]) — Mil. rep. 1843 prope Aurelianum Galliae, nunc in Mus. publ. Aurelianensi. Dedit mihi Mommsenius ex schedis Borghesii.

1) iunge INVIC*to*. 2) PAR*thico* . *Maximo*. DA*cico* . *Maximo* . CAR*pico* : *Maximo* . IM*peratori*. Cognomen Dacici nascio num in aliis antea monumentis lectum sit; cf. nummos Aureliani cum inscriptione DACIA FELIX; Eckhel, VII, p. 481. De *Carpici* cognomine cf. Vopisc. 30, et Or. 1029. Alterum huius tituli exemplum ibidem asservatur, eo tantum diversum, quod nomen *Patris Patriae* post PONT . M in eo legitur. In utroque monumento nota trib. pot. VII, quae parum constat cum sententia Eckhelii de *terminis imperii* Aureliani, VII, p. 484 sqq. — In fine IM minus recte lectum esse credo.

5552. VLPIE · SEVE‖RINE · AVG ‖ CONIVGI · D · N ‖ AVRELIANI · IN‖VICTI · AVG ‖ MATRI · CAS‖TRORVM ‖ RES · PVB ‖ POLENS — Polae. *Istria* I, p. 27; cf. titulum Allifanum apud Mommsen, I. N. 4750.

§. 35. TACITVS. FLORIANVS. PROBVS. CARVS. NVMERIANVS. CARINVS.

N. 1033, v. 3 pro *v. c* l. AVG.

N. 1037, not. 2 l. *Vicem Praesidis*.

N. 1042 spurius; cf. Mommsen, I. N. 147*.

N. 1043 mihi certe suspectus, praesertim propter nomen *Numerii* Numeriano inditum, in hoc tantum et altero marmore Hispanico (Mur. 256, 7) obvium.

N. 1044: itidem susp. quod *nobilissimus Caesar* Carinus eodem tempore Imperator et Augustus dicitur.

N. 1045, tit. 2, v. 3, 4 AVR . CARO; v. 5 TR . P . COS . II; tit. 3 post *Numeriano* desideratur NOBILISSIMO . CAESARI; Finestres, Inscr. Catal. II, 32.

5553. IMP · CAES*ari* ‖ M · CLAVDIO · T*acito* ‖ PIO · FELIC*i* · *inv* ‖ AVG — Allifis. Mommsen, I. N. 4751.

5554. IMP CA*e*S ‖ M · ANNIO ‖ FLORIANO ‖ PTL NVICTO[1]) ‖ AVG ‖ M · P · LI — *Castor* in agro *Northampton*. Artis, *Durobrivae of Antoninus*, pl. XV, fig. 2 (Newton, Excerpta ex inscr. de Brit. p. CIX, 27 d.)

1) corr. P . *feL iN*VICTO.

5555. *imp* CAESAR*i* ‖ M · AVRELIO ‖ PROBO · PIO ‖ FELICI · AVG ‖ PONTIF · MA‖XIMO · TRIB[1]) · · · · — In via Romana inter *Kaf* et *Testour*, provinciae Tunetanae. *Revue Archéol.* I, p. 827; Temple, *Excursions* II, 282.

1) cf. n. 5312, 5524.

5556. *imp · caes · m · aurelio · caro* ‖ PIO · FEL · INV*icto · aug* ‖ *e*T M · AVRELIO · CA*rino* ‖ *n*OB · CAES · PRINC · IVB ‖ ET · M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES ‖ *c*VRANTE · M ·

ELIO · VITALE ‖ VP · PRAES · PROVINCIAE ‖ SARDINIAE — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, voyage II, 468, 8.

5557. IMP CAES · M · A*u*‖RELIO CARINO INV‖*ic*TO PIO FELICI AVG ‖ PONTIFIC MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS PATER PA‖TRIAE PROCONSVL ‖ VIAM IMBRIBVS ‖ ET VETVSTATE ‖ *collap*SAM CVM ‖ *pontibus* . . . RESTI*tuit* 1) — *El Arrouch*. Clarac, *Musée*, *Inscr*. pl. LXXV, 35. In via, quae a Rusicadi Cirtam ducit; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol*. pl. 47, 4.

1) scr. *pontibus* collato titulo Decii imperatoris in eadem via reperto; *Expl*. l. l. n. 3.

5558. PRINCIPI IVVENTVTIS ‖ M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ NOB · CAES — Saepini. Mommsen, I. N. 4924.

5559. IMP · CAESRI (sic) M · AVRE‖LIO · *numer*IANO ‖ PIO · FELICI · INVIC‖TO · AVG · P · P · COSV‖LI · TRIBVNICIAE ‖ POTESTATI ‖ CASTRONOVANI ‖ D D P — Rep. Castronovi; nunc in Mus. Vat. — Antologia Rom. 1777, p. 158. V. ipse et correxi.

Magniae Urbicae Carini titulum v. Or. 5057.

§. 36. DIOCLETIANVS. VAL. MAXIMIANVS. CONSTANTIVS CHLORVS. GAL. MAXIMIANVS. GAL. VALERIA. FL. SEVERVS. MAXIMINVS DAZA. MAXENTIVS. ROMVLVS. MAXIMILLA. LICINII DVO.

N. 1052a, v. 3 pro *p. f* scr. P . F.

N. 1054, v. 2 PERPVRGATIS (?); v. 4 ADMIRABILIVM; v. 5 FABRICARVM; v. ult. DIONYSIO; Anon. Einsiedl. ed. Haenel (*Archiv f. Phil.* cet. V, 1), p. 125.

N. 1056 rest. Mommsen, Gerhard, *Arch. Ztg.* 1846, p. 229 et *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 308) ex Anon. Einsiedl. XVI (Maz. 14; Grut. 178, 7 e Maz.; 179, 1 ex cod. Carp.; 178, 4 ex Panvinio) et fragmentis Maz. 36 (Smet. 9, 6; Grut. 178, 8) et Don. II, 28): DD NN DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI ‖ SENIORES . AVGG . PATRES . IMPP . ET . CAESS . ET ‖ DD . NN . CONSTANTIVS . ET . MAXIMIANVS . INVICTI . AVGG . ET ‖ SEVERVS . ET . MAXIMINVS . NOBILISSIMI . CAESARES 1) ‖ THERMAS . FELIC*e*S . *dio*CLETIANAS . QVAS ‖ *m*AXIMIANVS . AVG . *absen*S . EX . AFRICA . SVB ‖ *pr*AESENTIA . MAIE*statis* . DISPOSVIT . AC ‖ *fi*ERI . IVSSIT . ET . DIOCLETIANI . AVG . FRATRIS . SVI ‖ NOMINI . CONSECRAVIT . COEMPTIS . AEDIFICIIS ‖ PRO . TANTI . OPERIS . MAGNITVDINE . OMNI . CVLTV ‖ PERFECTAS . ROMANIS . SVIS . DEDICAVERVNT. — Thermae dedicatae sunt inter Kal. Maias anni 305 et VII Kal. Aug. 306.

N. 1059, v. 8 dele MITYLEN; de Rossi ex schedis Vaticanis quibusdam.

N. 1061 mihi certe suspectus, similis titulis nn. 877. 886. 985, et eiusdem, ni fallor, originis.

N. 1063, v. ult. DIC . N . M . Q . EIVS; *a latere titulus hic exstat*: DED . KAL . FEBR ‖ MAXIMO . ET . AQVILINO . COS; monumenti vetustioris reliquiae.

N. 1064, v. 5. 6 explica: *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Norici Medi-Terranei*, cf. n. 5259.

N. 1065 spurius; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 320.

N. 1068, v. 1 IMP . CAES ‖; Mommsen, I. N. 6297.

N. 1069, v. 2 FILIO (non I FILIO); v. 3 INVICT (non I . INVICT). Post SEN littera excidit. Kellermann, apud Or. Anall. epigr. p. 36; vidi ipse. Notas NV,

NVB, NVBIS explicat *Nobilissimus Vir*, *Nobilissimus Vir Bis* vel BIS (*consul*) Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla*, p. 8.

N. 1071, v. 2 pro D. M corr. D. N.

5560. Nomina Diocletiani, Maximiani, Caesarum filiorum nunc plenius leguntur in edicto *de pretiis rerum venalium*, cuius exordium hic referendum censui, iis, qui ipsum decretum cognoscere voluerint, Mommsenii libellum commendans, in quo nuper exempla eius ad nostram usque aetatem conservata collegit, restituit, illustravit (*Ber. d. S. Ges. d. W., phil. hist. Cl.* 1851), addito paullo post fragmento quodam Carystio quod Schaubertus cum eo communicarat (l. l.). Exordium autem in solo exemplo Aegyptiaco, quod Aquis Sextiis nunc exstat, legitur a Mommsenio restitutum ita: *imp · caesar · c · aurel · val · diocletianus · p · f · inv · aug · po*NT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS · ET · IMP · CAESA*r* · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM ‖ *max · iiii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armen · max · medic · max · adiabenic · max · tri*B · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS · ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES · ET · G · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM ‖ *max · ii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armenic · max · medic · max · adia*B · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES *cet.* Pertinet ad annum 301 secundum sententiam Mommsenii, Borghesius vero anno 300 decretum tribuit, nona nisus tribunicia potestate Constantii Chlori, qui Kal. Martiis anni 292 Caesar declaratus erat. De singulis cf. l. l. et Eckhel, VIII.

5560 a. I · O · M · F ‖ CNI · [1]) PRO ‖ SALVTE · DO [2]) ‖ NN · IOVIO*rum* ‖ ET · HERCVLIO*rum* ‖ AVGG · NN — Sirmii. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 283.

1) l. E*t her*‖CVLI. 2) l. DD.

5560 b. FORTISSIMO · AC ‖ FLORENTISSIMO ‖ IMP · CAES · C · AVR · VAL ‖ DIOCLETIANO ‖ P · F · INVICTO · AVG · CONS V ‖ P · P · OFFAS [1]) ‖ CVRANTE · TIB · CL · SEVERO V C ‖ D N MQ EIVS · SEMPER — Romae, in Mus. Vat. Amaduzzi, *Anecdd. litt.* III, p. 469. V. ipse.

1) Sic, licet nesciam, quid sit. [Id ipsum puto quod n. 3817 significatur verbis *ex collatione epuli* et n. 3722 *ex sportulis suis*; sodales nescio qui sportulas offis emendis destinatas contulerunt ad statuam imperatori faciendam. Similiter *escae* positas sunt n. 4419. Mommsen.]

5561. IMP · C · MARC*us* [1]) *aurelius* ‖ BALERIVS DIO*cleti*‖ANVS · P · F · INVI*ctus · aug · et* ‖ IMP · C · M · AVR*elius* ‖ MAXIMIANVS ·

p · f · invic||TVS · AVG*ustus · et* || FLAVIVS · VA*lerius* || CONSTANTius · et || GALERIVS · *val · maximianus* || NOBB · CA*ess* || PASS*uum m* || X · · · — In agro Melfitano, ad viam Herculiam pertinens. Mommsen, I. N. 6296 a; cf. 6296 b.

1) De hoc praenomine pro vulgari C. Diocletiano dato cf. l. l.

5562. FORTISSIMO *clementissimo* (?) || INVICTISSIMO *principi* || DOMINO NOSTRO *imp · caes* || MARCO AVR · VA*l · maximiano p · f* || *invicto semper augusto* cet. — Romae, in ruderibus basilicae Iuliae, quam a Diocletiano et Maximiano restitutam esse constat. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5562 a. DIVO · || M AVR VAL || MAXIMIANO || SENIORI — Amiterni. V. Brunnius.

5563. *i*MP CAES FLA||VIO VALERIO C||ONSTANTIO || INVICTO PIO || FELICI AVG PON||TIFICI MAXIMO || TRIBVNICIAE || POTESTA*tiS* XIV [1]) || *i*MP XI [2]) CONS || V [3]) P P P VALE*rius* [4]) || *a*NTONI*nus v · p · p* || *provi*NC · *NuM*i*D*I*ae* || P P P [5]) — *Anouna. Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 168, 12; corr. et rest. Borghesius, apographo usus a Francogallo quodam ei tradito.

1) Est Constantius Chlorus, qui anno 305 Augustus dictus est. Ad eum vero annum Borghesius titulum pertinere docet; litterarum enim vestigiis trib. pot. XIV indicari videtur; cf. n. 5560. 2) In utroque exemplo APTI. 3) In apographis F., quod corrigendum est, quum *quinquE* ibi scriptum esse nequeat. 4) VAII, in apographo utroque. 5) Quam consueta formula monumentorum Africae D D P P hac certe aetate vix in usu fuerit, Borgh. D N M Q E legendum esse censet.

5564. DIVO || FLAVIO VALERIO || CONSTANTIO || COLONIA · MINT [1]) — Neapoli. Mommsen, I. N. 4058.

1) MINT*urnensium*.

Hic inserendus erat n. 5585.

5565. C · FLAV · GALER · LICINIVS [1]) || AVG · BONO OMNIVM || NATVS || D · D · D · N · N · N || CRISPO · LICINIANO || ET · CONSTANTINO || NNN · OOO · BBB · CAESSS || M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis. Op. cit. 6281.

1) De nominibus Licinii patris cf. Eckhel VIII, p. 67. Ad eundem pertinet titulus Canosinus, l. l. 6291:

5566. D · N · IOVIO [1]) || LICINIO · IN||VICTO · SEM||PER · AVG —

1) cf. Eckhel, l. l., qui nomen Iovii adoptione a Diocletiano in Galerium Maximianum, ab hoc in Maximinum et Licinium transmissum esse demonstrat (Or. 1047. 1051).

5567. PROVIDENTISSIMO || FORTISSIMOQVE · D · N || VALERIO · LICINIANO || LICINIO · PERPETVO || AC · SEMPER · AVG || · · · · SEPTIMIVS · IA||NVARIVS · V · C · PRAES || PROV · SARD · DEV || NVMINI · MAIESTATIQ || EIVS — *Porto-Torres* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* I, p. 478, n. 30.

5568. *imp · caes · va*LERIO || *licinia*NO || *licinio* PIO F || · INVICTO · AVG · P || M · TRIB · P · III · CON || P · P · PROCOS · R · P || PARENTINOR [1]) || D · NVM · MAI || *que* AEIVS (sic) — Parentii 1845. Ortius cum Borghesio communicavit.

1) cf. quae ad n. 72 adnotavi.

5569. IMPRATORI (sic) · CESARI ‖ VALERI · LICINIANO (sic) LICINIO · NOBILIS‖SIMO · CESARI [1]) ‖ C · N · L · XIII [2]) — In silva *Bienwald*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 199; corr. id. I. Dan. et Rh. I, 753 ex Jäger, *Jahresber. d. h. V. d. Pfalz* I, 1848, p. 31.

1) Nomen imperatoriam Licinio Caesari nondum Augusto fuisse hoc titulo constat, ita ut Caesar eodem modo, quo Titus, Traianus, Antoninus Pius, Valerius Severus fuerit; cf. Borghesi, *I. Renane* p. 4 (Ann. Inst. 1839). 2) *Civitas Nemetum Leugae* XIII.

5570. DOMINO · PATRI ‖ M · VAL · MAXENTIO ‖ VIRO · CLARIS ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ CARITATIS · EIVS ‖ PATRI · BENIGNISSIMO — *Zagaroli*. Mur. 753, 3, et:

5571. DOMINAE · MATRI ‖ VAL · MAXIMILLAE ‖ NOB · FEM ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ ADFECTIONIS · EIVS ‖ MATRI · CARISSIMAE [1]) — Ibd. Maff. M. V. 316, 6.

1) Maxentius, qui postea imperavit, eiusque coniux Maximiani imperatoris filia, cui titulus *nobilissimae feminae* propter ipsam hanc originem datus est; cf. Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla* cet.

§. 37. HELENA CHLORI. CONSTANTINVS MAGNVS. FAVSTA. CRISPVS. CONSTANTINVS II. DELMATIVS.

N. 1074, v. 5 exaunta FL nunquam extitisse, nomen vero *Crispi* abrasum esse Mommsenius notavit (I. N. 106). Garruccius autem, eius rei a Borghesio certior factus, etiam vestigia nominis recognovit (*Iscrizz. di Salerno* p. 19, n. 4); v. 6 in. ET itidem abrasum; v. 8 ALPINIVS; v. 9 IBRITTIORVM „sic" Mommsen l. l., et Mercklin, qui et ipse exscripsit; Garruccius l. l. lectionem vulgatam retinuit. Titulus positus est inter annum 323, quo Constantius Caesar nominatus, et annum 326, quo Crispus interfectus est.

N. 1075 verba INSTINCTV . DIVINITATIS in litura posita sunt; eorum loco olim verba legebantur NVTV . IOVIS . O . M, quorum vestigia satis clara adhuc extare affirmavit mihi vir quidam rei epigraphicae peritissimus, cui inscriptionem prope intuendi manibusque contrectandi occasio fuerat.

N. 1081 pro *in basilica Constantini* l. *in basi Constantini*; Anon. Einsiedl. cf. Mommsen, Anall. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) p. 299.

N. 1085, 1086, duo exampla alterum altero magis interpolatum eiusdem tituli, si quidem re vera titulus antiquus est, id quod loco quodam operam Ruperti abbatis Tuitiensis, Coloniae ad. 1602, 2 voll. fol. (*de incendio oppidi Tuitii liber singularis* c. 3) probari videtur; cf. Deycks, *Deutz eine Römerveste, Castrum Divitensium* (*Rhein. Jahrbb.* 1850, XV, p. 23). Miror, quod Orellio ne suspicionem quidem moverint.

N. 1087, v. 4 l. CONSTANTIO; v. 5 FELICI; v. 6 AVG .AVG. „sic"; v. 9 A . . ET CAL . SEM ‖ . . . . . VS, i. e. *ap*VL*iae* ET CAL*abriae* SEM‖*per d n m q ei*VS (*dicatus numini maiestatique eius*). Mitto versus aliter divisos. Mommsen, I. N. 1108.

N. 1093 initio unus vel plures versus desunt, scalpro, ut videtur, deleti, v. 6 BAEATISSIMORVM . (sic) C . . . .; v. 7 D N FL IVL CONSTANTI; litterarum pars inferior desideratur. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

N. 1097 aevi haud dubie posterioris.

5572. D · N ‖ P · VALER · CONSTANTINO ‖ INVICTO ‖ AVG · BONO · OMNIVM ‖ NATVS · ET ‖ D · D · D · N · N · N · · · · · · · · [1]) ‖ CRISPO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis una cum n. 5565.

1) Nomen Licinii filii abrasum.

5573. D · D · N · N · ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIMO ET ‖ LICINIANO · LICI‖NIO · AVGG · ET ‖ FLAVIO · CRISPO · ET ‖ LI-

CINIANO · LICINIO ‖ ET FL · CL · CONSTAN‖TINO · CAESARI‖BVS · B · R · P · N[1]) — Faleriae Piceni. *Giorn. Arcad.* XXXIII, 97.

1) Bono Rei Publicae Natis.

5574. /ORTISSIMO AC ‖ PIISSIMO IMP ‖ D N CONSTANTINO ‖ MAXIMO P F INVICTO ‖ AVG ‖ NONIVS VERVS[1]) V C ‖ CORR APVL ET CALAB ‖ D N M Q. EIVS — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 15; Mommsen, I. N. 1107.

1) cf. Mur. 725, 3, corr. a Cavedonio, *Marmi modenesi* p. 163 et 291, ubi quae de aetate Nonii Borghesius exposuerat, novo hoc titulo confirmantur.

5574ª. DIVINAE INDOLI ‖ AC · VENERANDAE ‖ PROSAPIAE · D N · FL ‖ IVLIO CRI*spo* BEA‖TISSIMO AC ‖ NOBILISSIMO ‖ CAESARI ‖ NONIVS · VERVS ‖ V · C · CORR · APVLIAE ‖ ET · CALABRIAE — Aeclani (*nelle masserie del Passo di Mirabella*). V. Brunn. Edidit Garruccius, Bull. Nap. 1853, p. 80.

5575. /*o*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO · E*t* ‖ *gl*ORIOSISSIM*o* ‖ *p*RINCIPI · ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTIN*o* ‖ *p* · F · INVICTO · AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS V C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V ·[1]) D · N · M · Q · EI*us* — Romae; in foro Traiani. Cardinali, *Dipl.* n. 405; corr. ipse in *Allgemeine Jenaische Litt. Ztg.* 1847, n. 61, p. 244 ex apographo ab Amatio confecto; postea vidi ipse et correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

5576. IMP · CAES · FLAVI‖O · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · PIO · FELICI · IN‖VICTO · AVG · PONT · MAX · GER ‖ MAXIMO · III · SARM · MAX ‖ BRIT · MAX · CAPP ·[1]) MAX · ARAB ‖ MAX · MED · MAX · ARMEN ‖ MAX · GOTH · MAX · TRIB · PO‖TEST · XIIII · IMP · XIII · CON‖SVL · IIII ·[2]) PATRI · PATRIÆ ‖ PROCONSVLI ‖ FLAVIVS · TERENTIA‖NVS · V P · PRAESES ‖ PROVINCIAE · MAV‖RETANIAE · SITIF · ‖ NVMINI MAIES‖TATIQVE · EIVS · SEM‖PER · DICATISSI‖MVS — *Ain-Rona*, haud longe a Sitifi dist. — *Revue Archéol.* VII, p. 310.

1) l. CARP*ico*. 2) Constantinus cos. IIII anno 315 processit, cos. V anno 319; unde tribuniciam potestatem eum iam tum adeptum esse patet, quem post mortem patris Augustus quidem ab exercitu, sed Caesar tantum a Maximiano dictus esset. Quamquam ne sic quidem temporum ratio satis clare perspicitur. Nam si prima eius tribunicia potestas anno 306 tribuitur, decima quarta ad annum 319 pertinet, quo fasces quintum gessit; cf. titulum 5578.

5577. TRIVMPHATORI OMNIVM GENT*i*VM AC DOMINATORI VNIVERSARV*m terrarum* (?) ‖ Q*u*I LIBERTATEM TENEDRIS[1]) SERVITVTIS OPPRESSAM SVA FELICI VI*ctoria* ‖ *in* LVCE*m reduxi*T *d* · N FLAVIO VALERIO CONST*a*NT*ino maximo* ‖ *pio felici* · INVICT*o semper* AVG*usto* · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · VA · · · · · · · PN NVAINI[2]) MAIESTATIQVE EIVS DEVOTA — Constantinae. Exscr. de Grabow. Ipse restitui.

1) corr. TENEBRIS. 2) Fortasse *colonia* (s. *civitas*) *Constantina cirtensiVm metropolis* P N (*provinciae Numidiae*) NVMINI est. Ipsam enim Provinciam Nu-

midiam monumentum dedicasse mihi certe minus verisimile est, quum solis litteris initialibus nomen eius indicetur.

5578. MAGNO ET INVICTO PRINCIPI D · N · IMP · CAESARI ‖ FLAV · VAL · CONSTANTINO PIO FELICI SEMPER AVG ‖ PONT · MAXIMO SARMATICO MAX · GERM · MAX · GOT · MAX ‖ TRIB · POT · X · CONS · IIII · IMP · VIIII · [1]) P · P · PROCONSVLI ‖ SEPTIMIVS FLAVIANVS V P P P MAVR · SITIF [2]) ‖ NVMINI MAIESTATIQ · EIVS SEMPER DICATISSIMVS — ab altero latere: VOT · X, ab altero: MVL · XX — Sitifi, in arcu. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerk.* n. XXII (in Actis Acad. Monac. cl. I, vol. V, 2); Bull. Inst. 1851, p. 180.

1) a. 315. 2) Vir *Perfectissimus Praeses Provinciae* MAVR*etaniae* SITIF*ensis*. Ceterum hoc titulo et o. 5576 cognomen *Germanici maximi* Constantino datum esse primum innotuit.

5579. VICTORIAE AVGVSTAE ‖ *sac*RVM PRo SALVTEM (sic) ‖ *dd* · *n*N MAXIMINI ET ‖ *con*STANTINI ET LICIN*i* ‖ *sem*PER · AVGG · AVR · SENECIo ‖ DVX · TEMPLVM NVMINI ‖ *e*IVS EX VoTo A NoVo FIERI IVSSI*t* ‖ PER INSTANTIAM · VAL · SAM‖BARRAE · P · P · EQQ · DALM · AQ‖VESIANIS · COMIT · [1]) L · L · M ‖ OB · VICTORIA · FACTA · V · K · IVLIAS ‖ ANDRONICO · ET ‖ PROBO · COS [2]) — Prutting Boioariae. Hefner, R. Inschr. cet. p. 16; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 177.

1) P*rae*P*ositus* EQ*uitibus* DALM*atis* AQVESIANIS . COMIT*atensibus*. Aquesianorum populus ignotus. De *comitatensibus* cf. Not. Or. c. 2, ubi inter triginta duas vexillationes equites Dalmatae bis commemorantur. 2) a. 310. Victoria indicatur de Bructeris, Chamavis, Cheruscis, Tobantibus, Alamannis uno die reportata, ex qua Germanici nomen Constantino datum est. Consules autem annum designant, quo *victoria facta est*, minime annum dedicationis monumenti, quippe quo Galerius Maximianus nominari debuisset, si anno 310 positum esset; cf. Borghesi, Bull. l. l.

5580. E • S • R [1]) ‖ IMP · CAES · FL · CONSTANTINVS ‖ MAX · GERM · SARM · GOT · VICTOR [2]) ‖ TRIVMP · AVG ET FL · CONSTANTINVS ‖ ET · FL · IVL · CONSTANTIVS ET FL ‖ CONSTANS [3]) ‖ OMNIA QVIDEM QVAE HVMANI GENE‖RIS SOCIETATE (sic) TVENTVR PERVIGILIVM CV‖RAE COGITATIONE CONPLECTIMVR SED PRO‖VISIONVM NOSTRARVM OPVS MAXIMVS (sic) ‖ EST VT VNIVERSAE VRBES QVAS IN LVMINIBVS PROVIN‖CIARVM HAC [4]) REGIONVM OMNIVM SPECIES ET FORMA DIS‖TINGVITVR (sic) NON MODO DIGNITATE (sic) PRISTINAM TENEANT ‖ SED ETIAM AD MELIOREM STATVM BENEFICENTIAE NOS‖TRAE MVNERE PROBEANTVR [5]) CVM IGITVR ITA VOS TVSCI‖AE ADSERERETIS ESSE CONIVNCTOS VT INSTITVTO ‖ CONSVETVDINIS PRISCAE PER SINGVLOS (sic) ANNORVM VI‖CES A VOBIS QVOQVE PRAEDICTIS SACERDOTES CREENTVR ‖ QVI APVT VVLSINIOS TVSCIAE CIVITATE (sic) LVDOS ‖ SCHENICOS (sic) ET GLADIATORVM MVNVS EXHIBEANT ‖ SED PROPTER ARDVA MONTIVM ET DIFFICVLTATES ITI‖NERVM SALTVOSA (sic) INPENDIO POSCERETIS VT

INDVLTO ‖ REMEDIO SACERDOTI VESTRO OB EDITIONES CELE‖BRANDAS VVLSINIOS PERGERE NECESSE NON ESSET ‖ SCILICET VT CIVITATI CVI NVNC HISPELLVM NOMEN ‖ EST QVAMQVE FLAMINIAE VIAE CONFINEM ADQVE CON‖TINVAM ESSE MEMORATIS DE NOSTRO COGNOMINE ‖ NOMEN DAREMVS IN QVA TEMPLVM FLAVIAE GENTIS ‖ OPERE MAGNIFICO NIMIRVM PRO AMPLITVDINEM ‖ NVNCVPATIONIS EXSVRGERE [6]) IBIDEMQVE HIS [4]) ‖ SACERDOS QVEM ANNIVERSARIA VICE VMBRIA DE‖DISSET SPECTACVLVM TAM SCENICORVM LVDORVM ‖ QVAM GLADIATORII MVNERIS EXHIBERE [6]) MANENTE ‖ PER TVSCIA (sic) EA CONSVETVDINE VT INDIDEM CRE‖ATVS SACERDOS APVT VVLSINIOS VT SOLEBAT ‖ EDITIONVM ANTEDICTARVM SPECTACVLA FRE‖QVENTARE [6]) PRAECATIONI HAC [4]) DESIDERIO VESTRO ‖ FACILIS ACCESSIT NOSTER ADSENSVS NAM CIVI‖TATI HISPELLO AETERNVM VOCABVLVM NOMENQ̄ ‖ VENERANDVM DE NOSTRA NVNCVPATIONE CONCES‖SIMVS SCILICET VT IN POSTERVM PRAEDICTA VRBS ‖ FLAVIA CONSTANS [7]) VOCETVR IN CVIVS GREMIO ‖ AEDEM QVOQVE FLAVIAE HOC EST NOSTRAE GEN‖TIS VT DESIDERATIS MAGNIFICO OPERE PERFICI ‖ VOLVMVS EA OBSERVATIONE PERSCRIPTA NE AE‖DIS NOSTRO NOMINI DEDICATA CVIVSQVAM CON‖TAGIOSE (sic) SVPERSTITIONIS FRAVDIBVS POLLVATVR ‖ CONSEQVENTER ETIAM EDITIONVM IN PRAE‖DICTA CIVITATE EXHIBENDORVM (sic) VOBIS ‖ LICENTIAM DEDIMVS SCILICET VT SICVTI ‖ DICTVM EST PER VICES TEMPORIS SOLLEMI‖NITAS EDITIONVM VVLSINIOS QVOQVE NON DE‖SERAT VBI CREATI (sic) E TVSCIA SACERDOTIBVS MEMO‖RATA CELEBRITAS EXHIBENDA EST ITA QVIPPE NEC ‖ VETERIBVS INSTITVTIS PLVRIMVM VIDEBITVR ‖ DEROGATVM ET VOS QVI OB PRAEDICTAS CAVSAS ‖ NOBIS SVPPLICES EXTITISTIS EA QVAE INPEN‖DIO POSTVLASTIS IMPETRATA ESSE GAVDE‖BITIS — Rep. a. 1733 Hispelli prope theatrum antiquum. Adami, *storia di Bolseno* II, p. 48; Murat. apud Calogerà vol. XI, p. 319, et in Thesauro Inscr. p. 1791—1794; Pococke, Inscr. ant. p. 75. Murat. spurium titulum esse declaravit, atque sententiam eius Orellius quoque secutus est (2170). Nuper Mommsenius egregie monumentum praeclarissimum defendit, ab eoque excitatus ipse mense Maio anni 1851 Hispellum adii, titulum in aedibus publicis asservatum facile repperi, cum exemplis Muratorianis contuli, ectypum chartaceum feci. Titulus autem in tabula marmorea praegrandi, litteris magnis proque aetate eius satis pulchris exaratus, si quis alius, genuinus est. De singulis luculenter Mommsenius dissernit, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 199 sqq.), ubi vide.

1) *Exemplum Sacri Rescripti* ? Mur.; cf. *exemplum sacrarum litterarum*, C. Th. XVI, 5, 20. 2) GERM*anicus* . SARM*aticus* . GOT*icus* . VICTOR; minus bene Mommsen: GERM*anorum* cet. VICTOR. 3) De tempore, quo decretum factum est,

nihil aliud affirmare licet, nisi post mortem Crispi a. 326 occisi id scriptum esse. 4) pro AC; ita postea HIS pro IS. 5) pro PROVEHANTVR. 6) l. EXSVRGERET, EXHIBERET, FREQVENTARET; fortasse E et T nexu ligandae erant, cuius rei in archetypo frustra indicationem quaesivi. 7) cf. Or. 2170. — Tusciam et Umbriam, sub administratione unius correctoris s. consularis coniunctas, annua Vulsiniis concilia habuisse hoc titulo docemur, quibus ludi et munera gladiatoria a sacerdotibus edebantur, quibus *coronatis Umbriae et Tusciae* nomen erat. Et sacerdotes quidem singuli per *annorum vices* a singulis populis creabantur, semper autem Umbrorum sacerdoti Vulsinios proficiscendum erat, quum in Umbria ludos illos edere minime liceret. Quapropter ab imperatore Umbri petierunt, ut in civitate Hispellatium sibi ludos facere permitteret, civitati vero ipsi de gentis Flaviae nomine appellationem inderet. Id quod hoc decreto imperator concessit, ea tamen conditione adiuncta, ut ne aedis gentis Flaviae, quae ludorum causa aedificanda erat, paganis superstitionibus pollueretur. Itaque inde ab hoc tempore Umbri Hispelli, Tusci Vulsiniis ad ludos celebrandos convenerunt. Cf. Mommsen. l. l.

5581. PIISSIMAE · AC · VENERAVI‖LI · D · N · FAVSTAE · AVG ‖ VXORI D · N · MAXIMI ‖ VICTORIS · AVG ‖ CONSTANTINI *proc‖rEatric*I · 1) D · D · D · N · N · N ‖ CONSTaNTIS · 2) CONSTANTINI ‖ eT CONSTANTI · BAEA‖TISSIMORVM AC *felic‖ium caesa*RVM OR‖*do et populus surrentinorum*3) — Surrenti. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, 13; corr. Mommsen, I. N. 2114. Novissimus Garruccius inscriptionem denuo edidit *Bull. Napol. nuova serie*, *anno* II, p. 53, cuius apographum secutus sum. Cf. 1074.

1) . . . ‖ . . I·I, M. 2) Mommsenio sola S apparuit. 3) CONSTANTI . . . . ‖ . . . . IMORVM . . . ‖ . . . . . INI . . . VMI . OR, M. Quam maxime igitur desiderandum est, ut a viro epigraphices perito Garruccianae et Mommsenianae lectiones denuo cum archetypo conferantur. Id tamen constat, unicum hoc nobis superesse Faustae monumentum; quod post mortem eius positum esse *venerabilis* titulo Borghesius comprobavit, assentitus Garruccio, qui Constantis nomen ante nomina fratrum propterea collocatum esse voluit, quia Italiam tum Constans regebat. Quum vero neque probabile sit, vivente Constantino Magno titulum in honorem Faustae positum esse, neque Augustorum nomine filii in documento Surrentian ornentur, idem Borghesius inscriptionem eo tempore dedicatam esse suspicatur, quo mortuo patre filii nondum Augusti appellati erant. Decessit enim Constantinus XI kal. Iunias anni 337, filii autem V id. Sept. Augusti salutati sunt. Occiso deinde Constante Augusto, eius et matris nomina simul abrasa sunt. *Bull. Nap.* l. l.

5582. D N ‖ FL DELMATIO ‖ NOB ‖ CAES 1) — Darentiacae (*Saillans*). *Mémoires présentés à l'Académie des b. l.* II, 1849, p. 365.

1) Flavius Iulius Delmatius, Delmatii censoris filius, cos. a. 333, Caesar a. 335, tertio imperii anno occisus est; cf. Eckhel VIII, p. 103; Tillemont IV, p. 251. 259. 313 cet.

§. 38. CONSTANS, CONSTANTIVS. CETERI VSQVE AD GRATIANVM ET VALENTINIANVM II.

N. 1113 verba AB AEQVO M VII suo iure pro interpolatis Mommsenius habet; I. N. 6296b.

N. 1114 pro RECTORI Torremuzza, Inscr. Sicil. p. 41, n. 35 exhibet CVLTORI.

N. 1116 rest. Mommsen, *Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 298) ex Anon. Einsiedl. ed. Haenel p. 122 (*Arch. f. Phil.* V, 1): FORVM . POPVLO . ROMANO . SVO . *dono* . *dederunt* ‖ DOMINI . ET . PRINCIPES . NOSTRI . *imppp* . *auggg* ‖ VALENTINIANVS . ET . VALENS . ET . *gratianus* ‖ CVRANTE . FLAVIO . EVPRAXIo V . C . *praef* . *urbi*.

N. 1117: Gratiani nominibus insere *victor*.

N. 1118: male confictus videtur esse ex n. 1117.

N. 1119, initio adde XXXXII ‖; v. 3 VALENTINAIN‖O „sic"; v. 5 AVGGG; v. 6 R P N; Kellermann apud Or. Anell. epigr. p. 36 ex apographo Krameri et Bunsenii.

N. 1121 sole Lupuli fide stat; cf. Mommsen, I. N. 1291.

N. 1123: Mur. 393, 5 ad Magneutium referendus est; cf. n. 5587.

5583. BEATITVDINE D · N · CONSTANTIS VICTORIS ‖ AC TRIVMFATORIS SEMPER AVG ‖ PROVISA COPIA QVAE HORREIS DEERAT ‖ POSTEAQVAM CONDENDIS HORREA DEESSE COEPERVNT ‖ HAC [1]) VVLC · RVFINVS · V · C · PRAEF · PRAET · [2]) PER · SE · COEPTA ‖ IN SECVRITATEM PERPETEM REI ANNONARIAE DEDICAVIT — *Steinamanger.* Seidl, *Chronik d. archaeol. Funde* cet. III, 1847, p. 28.

1) l. *haec.* 2) Vulcatius Rufinus cos. a. 347 cum Eusebio, pr. pr. a. 349; cf. Gothofr. prosopogr. C. Th. s. v.

5584. PROPAGATO*ri orbis ac* ‖ ROMA*nae rei publicae* ‖ CONSTANTIO MAXIMO ‖ TOTO ORBE · VICTORI ‖ AC · TRIVMF · SEMP · AVG ‖ MEMMIVS · VITRASIVS ‖ ORFITVS · V · C · ITERVM ‖ PRAEF · VRB · [1]) IVDEX ‖ SAC · COGN · TERT · D · N · M · Q · E — Fragmenta tria in Foro Romano effossa, quorum prius vv. 2. continens anno 1835 repertum est, alterum vv. 5. in Mus. Vat. exstat, tertium anno 1833 detectum est. *Arch. Intell. Bl.* 1835, 43.

1) Successor Flavii Leontii, qui a. d. IIII. kal. Nov. 356 fasces urbanos gerebat, ipse praef. usque ad d. certe IX kal. apr. 359; cf. Borghesi, *lap. Grut.* p. 16 (ex Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

5585. IMP · CAESARI ‖ GAIO · FABIO · (sic) *val* ‖ CONSTANTIO · P*io* ‖ FELICI · AVGVSTO · *or*‖DO · CVRIVM · SABI*no*‖RVM ‖ D · N · M · Q · E*ius* — Romae, Mus. Vat. Rep. prope Cures (*Fara*). *Nov. lett. Flor.* 1766, p. 93. Vidi ipse. Spectat ad Constantium Chlorum; cf. ad 5564.

5586. LIBERATORI ‖ ORBIS · ROMANI ‖ RESTITVTORI · LIBER‖TATIS · ET · REIPVB · CON‖SERVATORI · MILITVM · ET · PROVINCIALIVM · D · N ‖ MAGNENTIO · INVICTO · PRIN‖CIPI · VICTORI · AC · TRIVMFAT‖ORI · SEMPER AVGVSTO — Mil. rep. *Aquae sanctae* prope Asculum. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 16; cf. n. 1106.

5587. PROPAGATORI · ORBIS ‖ AC · ROMANAE · REI ‖ *pub · d · n · magnentio · m*AX ‖ VICTORI · AC ‖ TRIVMFATORI · SEMPER · AVG ‖ *fabius · titianus v · c ·* [1]) CONS · ORD ‖ PRAEF · VRBI · ITERVM · [2]) IVDEX ‖ COGN · SACR · MAIESTATI · EIVS ‖ DICATISSIMVS — In aversa: FABIVS · FELIX ‖ PASIFILVS · PAVLINVS ‖ V · C · ET · INL · PRAEF ‖ VRBI · DEDICAVIT [3]) — A dextra: D · PRID · KAL · IVNIAS ‖ ARBITIONE · ET · LOLLIANO ‖ CONSS — Romae, rep. in thermis Titi a. 1589. Grut. 271, 4 et 1080, 1; corr. ex Cod. Vat. 5253, p. 165 Borghesi, *lapide Gruteriana* (ex Actt. Acad. Taurin. XXXVIII), p. 3. Alterum exemplum simillimum, cuius versus priores desunt, exstat in Mus. Cap., ubi ipse vidi (Mur. 393, 5).

1) Nomen rest. ex Mur. 393, 5. 2) Fuit praef. urbi annis 339 et 341, deinde, quum usque ad annum 350 pr. pr. Galliarum fuisset, sub auspiciis Magnentii denuo annis 350 et 351 praefectus urbem rexit, donec legatus ad Constantium de pace missus est. 3) Hunc titulum in duabus aliis basibus sculptum fuisse ex iisdem schedis Manutianis Borgh. eruit, l. l. p. 10. In earum altera *retro*, *sed inverso lapide* legebatur: DOMINO . NOSTRO ‖ PIISSIMO ‖ DIOCLETIANO ‖ INVICTO . AVGVSTO ‖ AEMILIVS . VICTOR . V . P . A . RAT ‖ D . N . M . Q . EIVS. — Quae porro a latere legitur dedicatio, ad annum 355 spectans, quam memoriae Magnentii post mortem eius renovata esse non possit, ad inscriptionem Pasiphili referenda est, qui in praefectura Memmio Vitrasio Orfito primum praefecto successit; l. l. p. 12 sqq.

5588. NOBILISS · CAES ‖ D N · FL · IVLIANO ‖ ANNIVS · ANTIOCHVS ‖ V · P · CORRECTOR ‖ D · P · E[1]) — Cannis. Mommsen, I. N. 631.

1) *Devotus Pietati Eius* dubitanter M., fortasse titulum minus accurate descriptum AP . *Et cal.* exhibere suspicatus (?).

5589. CL · V · IVLIA‖NO [1]) PIO FE‖LICI SEM‖PER AVG‖VSTO ‖ BONO ‖ REI PVBL ‖ NA*to* — In parte aversa tituli n. 5186. Garrucci, *Iscr. di Salerno*, p. 4.

1) Editor notam V. pro nomine *Valerio* habuit, quamquam nullam neque in monumentis neque apud scriptores notitiam repperit, quo Iulianum ita nominatum esse constet. Equidem lapide non inspecto de ea re diiudicare minime ausim; sed in monumento evanido pro CL*N(dio)* facile CL . V legi potuisse censeo.

5590. DD · NN *magno* ‖ MAXIMO · *et* · *fl* ‖ VICTORI · *pp* · *ff* ‖ SEM*per* · *augg* ‖ *b* · *r* · *p* · *natis* ‖ *ccxi* — Mil. Arimini in aed. Planci asservatum, in quo similes Constantini M. et Iuliani inscriptiones leguntur. Rest. Borghesi, *Arco di Fano*, Pesaro 1826.

§. 39. THEODOSIVS MAGNVS EIVSQVE SVCCESSORES VSQVE AD FINEM IMPERII ROMANI. THEODORICVS REX CET.

N. 1126, v. 1 INCLYTAE; VENERANDE; v. 6 PRINCIPIS; v. 7 THEODOSII; v. 9 IVSTITIA . ET; v. 10 ORBIS . ET (sine *est*); v. 17 SEXIONE; vidit Mommsen, I. N. 642.

N. 1128, v. 1 S . Ɛ; v. 2 SIO . FL .; v. 3 in. T; v. 4 in. STIS; v. 6 in. VS . EX; Lersch, C. M. I, 1; cf. II, p. 71*, ubi vocem PRAELIVS explicat *magister Privatarum Rationum* AELIVS. Malo: *magister* PR*ivatarum*.

N. 1134 extr. VRB. Vidi in Villa Mediceorum.

N. 1135 corr. a Marinio (G. di Pisa XIII, 291) ex cod. membr. card. Zeladae; a Mommsenio *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 303); a de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* (*Giorn. Arc.* CXXVIII), p. 121. Denique Mommsenius codicem Einsiedlensem denuo inspexit, quasque prima manu in eo leguntur, enucleavit, lectionemque proposuit hanc, quam veram esse fere constat: IMPPP . CLEMENTISSIMIS . FELICISSIMIS . TOTO . ORBE . VICTORIBVS . DDD . NNN ‖ ARCADIO . HONORIO . THEODOSIO . AVGGG . AD . PERENNE . INDICIVM . TRIVMPHO*rum* ‖ QVOD . GETARVM . NATIONEM . IN . OMNE . AEVVM . DOCVERE . EXTI*ngui* ‖ ARCVM . CVM . SIMVLACRIS . EORVM . TROPAEISQ . DECORA*tum* ‖ S . P . Q . R . TOTIVS . OPERIS . SPLENDORE (*perfecto* ?) *d . d.* De singulis v. ll. ll.

N. 1138 corr. 4999.

N. 1144 cf. Mommsen, I. N. 2450.

N. 1154: exstabat Romae in D. Hadriani ad forum Romanum, nec merito puto Sponianam lectionem ab Orellio receptam, quam rectius Mar. ex Don. II, 44 titulum dedisse videatur.

N. 1155 cf. n. 5594.

5591. TIGRITI BENEMERIII (sic) IN PACE ‖ QVE VICSIT ANNOS · XXX ‖ MEN · II · DEPOSITA · VIII · KAL · ‖ IAN · DD · NN · TEVDOSIO · III ET · ‖ EVGENIO[1] — Romae, in Mus. Vat., rep. in antiquo quodam Christianorum coemeterio. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 307.

1) a. 393. Eugenius tyrannus in nonnullis tantum monumentis imperii occidentis consul cum Theodosio dicitur, cuius collega legitimus Abundantius fuit; cf. de Rossi, l. l.

5592. SALVIS D · D · N · N ‖ THEODOSIO ET PLACIDO ‖ VALENTINIANO ‖ P̄ · F̄ · AAVVGG[1] ‖ FL · *al*EXANDER · CRESCoNIVS ‖ V̄C̄ · PRAEF · ANN · VRB · ROME ‖ AD · oRNATVM · PORTICVS ‖ PLACIDIANAE · POSVIT — Ad portum Claudii (*Porto*) rep. 1822, inter rudera porticus et cum fragmento epistylii, in quo legitur: PLACIDIANAM · Nibby, *Dintorni* II, p. 620.

1) *Perpetuis AVGustis.*

5593. NICOMACHO × FLAVIANO · CONS × SICIL × VICĀR AFRIC ·[1] QVAEST · AVLAE ‖ DIVI THEODOSI ·[2] PRAEF PRAET · ITĀL · ILLYR ET AFRIC ITERVM[3] ‖ VIRTVTIS AVCTORITATISQ SENATORIAE ET IVDICIARIAE ERGO ‖ REDDITA IN HONOREM FILII NICOMACHI FLAVIANI CŌNS CĀMP ‖ PROCŌNS · ASIAE[4] PRAEF VRBI SAEPIVS[5] NVNC PRAEF × PRAET · ‖ ITALIAE · ILLYRICI ET · AFRICAE ×[6] ‖ IMPERATORES CAESS × FL · THEODOSIVS ET FL PLACIDVS VALENTINIANVS ‖ SEMPER AVGG × SENATVI SVO SALVTEM ‖ CLARORVM ADQ · INLVSTRIVM IN REP̄ · VIRORVM ADVERSVM CASVS CONDICIONIS ‖ HVMANAE INTERPOLATVM ALIQVATENVS ADSERERE HONOREM ET MEMORIAM ‖ DEFVNCTI IN LVCEM ....[7] REVOCARE EMENDATIO QVAEDAM EIVS SORTIS ‖ VIDETVR QVAE PRAEIVDIC · · M · · · MVMQ · · · · · MENTVM[8] VIRTVTVM EXSISTIMATVR ‖ BONO NOBISCVM PC[9] · · · · · · · OMINE[10] INTELLEGITIS PROFECTO QVIDQVID IN RESTI‖TVTIONEM · · · · · · · · · · · · INIS[11] INLVSTRIS ET SANCTISSIMAE APVT OMNES RECORDATIONIS FLAVIANI SENIO*r*IS ADIMVS DIVI AVI NOSTRI[12] VENERATIONEM ESSE ‖ SI EVM QVEM VIVERE NOBIS SERVARIQ · VOBIS QVAE VERBA EIVS APVT VOS FVISSE ‖ PLERIQ · MEMINISTIS[13] OPTAVIT SIC IN MONVMENTA VIRTVTVM SVARVM TITVLOSQ · REVOCEMVS VT QVIDQVID IN ISTVM CAECA INSIMVLATIONE CONMISSVM EST PROCVL AB EIVS ‖ PRINCIPIS VOTO FVISSE IVDICETIS CVIVS IN EVM EFFVSA BENIVOLENTIA ET VSQ · AD ANNALIVM[14] QVOS CONSECRARI SIBI A QVAESTORE ET PRAEFECTO SVO VOLVIT PROVECTA ‖ EXCITAVIT LIVOREM INPROBORVM NVNC SI APVT VOS ABVNDE CAVSAS PIAETATIS ‖ ADSTRVXIMVS ACCIPITE ALIVD QVOD DE VESTRIS IN ILLVM SENSIB ET PROVINCIĀR ‖ OMNIVM IVDICIIS MVNIAMVR QVIB · PER ILLVM LOCVPLETIORIS ADHVC REI · P ‖ BONA VEL ADSERVATA VEL ETIAM AVCTA TANTVM ET

APVT NOS REVERENTIAE CONTVLERVNT VT · QVOD HODIE FACIMVS IN PECTORIB · ET SENSIB · VESTRIS ABSQ · INTERPELLATIONE VLLA MEDIAE OBLIVIONIS FVISSE NOVERIMVS EX QVO QVIDEM IPSO NON MIN*us* ‖ MEMORIAE ILLIVS QVAM NOBIS P C 9) SVPRA OMNIA PRAESTITISTIS VT NON INMERITO ‖ PATIENTIAE VESTRAE GRATIAS AGAMVS NE QVID ERGA RESTITVTIONEM HONORIS EIVS 15) ‖ ADMONITI POTIVS QVAM SPONTE FECISSE VIDEAMVR CVM ALIOQVI IPSE ETIAM DE INSTITVTIONE ILLIVS PROBATVS SAEPE NOBIS PARENTIBVSQ · NOSTRIS FLAVIANI FILI*i* 16) ‖ HONOR SEMIPLENVS ETIAM SVB PRAEFECTVRAE PRAETORIANAE APICE QVEM PROVIDE*ntia* ‖ ET INDVSTRIA SVA COTTIDIE AVGET DELATVS EXSISTIMETVR NISI INTEGER TANDEM ET ABS*q* · *ullo* ‖ *re*LIGIOSI MVNERIS DEBITO TOTIVS DOMVS EIVS FAMILIAEQ SIT · GAVDETE ERGO NOBI*scum* ‖ P C OPTIMO IMPERII NOSTRI OPERE VT NOBISCVM RECOGNOSCITIS ET REDDITAM VOBIS E*t* ‖ PATRIAE SENATORIS EIVS MEMORIAM ET DIGNITATEM PROBATE CVIVS CONSORT*io* ‖ CLARIORES FVISTIS ET IN POSTERIS EIVS EADEM APVT NOS REVERENTIA VIGETIS ‖ APPIVS NICOMACHVS DEXTER 17) V C EX PRAEF VRB 18) AVO OPTIM*o* ‖ STATVENDAM CVRAVI — **In latere dextro:** *dedicata* ····· SEPTB x ‖ *basso et antioc*HO VV CC · CONSS x 19) — Romae in foro Ulpio, basis magna litteris valde evanidis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 285; imaginem aeri incisam v. in tabula L eidem libro adiuncta. Luculento commentario instruxit I. B. de Rossi, l. l. — Alterum titulum eiusdem viri v. Or. 1188.

1) a. 377; l. l. p. 293 sqq. 2) circa a. 381 vel 382; p. 296. 3) praef. I fuit circa a. 382; praef. II circa a. 391 et 392; p. 296 sq. — Consul Flavianus a. 394 ab Eugenio tyranno nominatus est, quapropter, nomine eius e fastis publicis sublato, publicis certa documentis consul non dicitur, p. 300 sqq. 4) a. 383; p. 312. 5) formula insolita, qua ob primam praefecturam parum legitimam Flaviano ab Eugenio datam imperatores usi sunt; p. 317. Iterum praefectus ab Honorio Aug. circa annum 399 factus (p. 318 sqq.), tertiam praefecturam post annum certe 402 at ante a. 410 obtinuit (p. 334 sqq.) 6) a. 431. 7) *hominum*; de Rossi p. 286; cf. p. 348. 8) *praeiudicium summumque detrimentum*? ibd. 9) *Patres Conscripti*. 10) *faustoq.* OMINE. 11) *honoris ac nominis*; p. 288; cf. p. 348. 12) Theodosii Magni. 13) His verbis editor Theodosium Eugenio devicto Romam venisse et in senatu verba fecisse confirmat, qua de re quae Zosimus (IV, 5) narraverat, recentes negarunt; cf. p. 333. 14) Nota titulum operis Nicomachi. Ceterum deest substantivum quoddam, ex quo genitivus *annalium* pendebat. 15) Flavianus senior cum Arbogaste ad partes Eugenii transgressus a Theodosio victore honoribus ac bonis privatus est. De morte eius parum constat; p. 352. Filio Flaviano Theodosius ipsa patrimonium reddidit; Honorius eum in aulam arcessivit (p. 317), sed honor ei *semiplenus* erat, antequam patris quoque honores restituti essent. 16) Ita recte Cavedonius legendum esse proposuit; Boll. Inst. Arch. 1850, p. 159. De Rossi praetulit FILius, omissaque esse suspicatus est vocabula *si* et *fuerit*. [At qua ratione non *filius*, sed *filii honor* dici possit *de patris institutione probatus*, equidem non perspicio recteque ni fallor Rossius scriptorem sententias male consarcinasse iudicavit. Mommsen.] 17) Filius fratris cuiusdam Nicomachi iunioris; p. 360 sqq. 18) Praef. urbi post a. 427 et ante a. 431; pp. 330—347. 19) a. 431; cf. p. 324.

5594. Tituli Grut. 152, 8 (Or. 1155) duo exempla Mesae (*ad Medias*) in via Appia exstant versuum distributione verborumque compendiis

paullulum inter se differentia, quae Eduardus Philippi anno 1851 accuratissime descripta mecum communicavit: DN GLRSMVS ADQ · INCLYT REX THEODORICVS VICT AC TRIIIVMF SEMPER AVG BONO RP · NATVS CVSTOS LIBERTAIITIS ET PROGATOR (sic) ROM · NOM · DOMITOR G'TIVM DECENNOIIVII [1]) VIAE APPIAE ID' [2]) A TRIP [3]) VSQ' TARRIC IT' ET LOCA [4]) QVAE II CONFLVENTIB' AB VTRAQ · PARTE PALVD' PER OMN RETRO PRINCIP · II INVNDAVERANT VSVI PVBCO (sic) ET SECVRITATE VIANTIVM ADIIMIRANDAM PROPITIO DEO FEL'CITE RESTITVIT (sic) OPERI II INIVNCTO NAVITER INSVDANTE ADQ · CLEMENTISSIMI II PRINCIP · FELICITER DESERVIENTE P'CONIIS EX PROSAIIPIE DECIORVM CAEC · MAV · BASILIO DECIO VC ET INIIL' EX P' V EX PP O EX CONS ORD PAT · [5]) QVI AD PERPETVIIANDAM TANTI DOMINI GLORIAM PER PLVRIMOS II QVI ANTE NON ALBEOS DEDVCTA IN MARE AQIIVA IGNOTAE ATAVIIS (sic) ET NIMIS ANTIQVAE REDIIDIDIT SICCITATI ℞ [6])

1) Spatium novemdecim milium passuum paludis Pomptinae; cf. Cassiod. Var. II, 32 et 33. 2) *id est*; in altero enim exemplo IDE scriptum est. 3) TRIPo*ntium* statio viae Appiae. 4) *ITer* ET LOCA? 5) EX *Praefecto Vrbi*, EX *Praefecto Praetorio Orientis*, EX CONS*ule* ORD*inario*, PAT*ricio*; de hoc cf. Cassiod. II. II. 6) De nota ℞ nihil equidem afferendum habeo. [Quod si novissima exempla sunt tituli deperditi, ut mihi videtur esse, quae descripsit Philippius, in archetypo pro nota ℞ monogramma christianum ☧ vel $\overset{P}{T}$ fuisse crediderim. Mommsen.] — In altero exemplo praeter distributionem diversam versuum haec varie leguntur: v. 1 THEDERICVSCVICT'; v. 2 VMF sine lineola supra posita; AVG'; RP'; LIB'TIS sic; v. 3 PROIIPAGATOR; NOM'; G'TIVM; v. 4 IDE; VSQ . TARRIC IT; v. 5 PRINCIP; v. 7 FELICTE RESTITVIT; v. 9 PRINCIP FELIC; P .; v. 10 VC; v. 11 INL; EX PPO; ORD . PAT; v. 14 ATAVIS; v. ult. DIT SICCITATI litteris minoribus. ℞ deest. Haec praesertim ob compendia verborum attuli.

5595. DIVO · PIO · SEVERO · PATRI II IMP · CAES · M · AVRELI · SEVERI · ANTONINI II PII · FELICIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · BRIT II MAX · GERM · MAX · PONT · MAX · TRIB · POT · XVII · IMP · II II COS · IIII · PROCOS · P · P, et: NVTV DIV FELICISS TEMPORIB · PIISSIMOR DOMIIINOR NOSTROR IVSTINIANI ET THEODORAE II AVGG POST ABSCISOS EX AFRICA VANDALOS II EXTINCTAMQVE PER SOLOMONEM GLORIOSISS II ET EXCEL*lentiss ex ma*GIS*t*RO MILITVM EX CONSVL PRAEFECT LIBIAE *provinciae* VNIVERSAM MAVRVSIAM GENTEM [1]) II PROVI*dentia eius*DEM AEMINENTISSIMI VIRI THEIIVES*te colonia a f*VNDAMENT AEDIFICATA EST — Theveste in arcu triumphali. *Mémoires des Antiquaires de France* VII, p. 34; *Revue Archéol.* IV, p. 370; rest. Letronnius.

1) De bello a Solomone post profectionem Belisarii contra Mauros gesto cf. Procop. Vandal. II, 10—13. 19. 20.

5596. ☧ SALVIS DOMINIS NOSTRIS XRISTIANISSIMIS II ET INVICTISSIMIS IMPERATORIBVS II IVSTINO [1]) ET SOFIA*e* AVGVSTIS HANC MVNITIONEM II TOMAS EXCELLENTISSIMVS PREFECTVS FELICITER AEDIFICAVIT — *Tubursuk*, in porta ar-

cuata. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, app. n. 31; melius ex schedis Catherwoodii.

1) Iustinus II.

5597. † OPTIMO CLEMENTISSIMO *piissi*MOQVE ‖ PRINCIPI DOMINO N̄ *focae imperat*ORI ‖ PERPETVO A D̄O CORONATO TRIVMPHATORI ‖ SEMPER AVGVSTO ‖ SMARAGDVS EX PRAEPOS · SACRI PALATII ‖ AC PATRICIVS ET EXARCHVS ITALIAE ‖ DEVOTVS EIVS CLEMENTIAE · ‖ PRO INNVMERABILIBVS PIETATIS EIVS ‖ BENEFICIIS ET PRO QVIETE ‖ PROCVRATA ITAL · AC CONSERVATA LIBERTATE ‖ HANC STATVAM *maiesta*TIS EIVS ‖ AVRI SPLENDORE *fulgen*TEM HVIC SVBLIMI COLVMNAE *ad* PERENNEM ‖ IPSIVS GLORIAM IMPOSVIT AC DEDICAVIT ‖ DIE PRIMA MENSIS AVGVSTI INDICT · VND ‖ P̄C̄ · [1] PIETATIS EIVS ANNO · QVINTO [2] — Romae in basi columnae Phocae. Fea, *Anfiteatro Flavio* II, p. 63. *Beschr. Roms* III, 1, p. 271, ubi v. cett. Vidi ipse.

1) *Post Consulatum*. 2) a. 608; Fea, l. l.

CAPVT III.
HISTORIA LITTERARIA. STVDIA.

N. 1164 sosp.; cf. Mommsen, *Inschr. v. Ameria, Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 267.

N. 1166, parti superiori sincerae Propertii nomen a falsario adiunctum est; cf. Haupt, *über d. Namen des Properz*, op. cit. p. 265.

N. 1168, v. 1 OLI; v. 2 IV; v. 3 OLI; Mommseo, I. N. 2224. Consules sunt anni 37; Borghesi apud Avell. Op. II, p. 211 sqq.

N. 1172 rest. nuper Mommsenius in Annall. Inst. Arch. 1854, collatis inter se melioribus apographis, quae nobis conservata sunt; cf. l. l.

C . PLINIVS . L . F . OVF . CAECILIVS . *secundus . cos*
AVGVR . LEGAT . PRO PR . PROVINCIAE PON*ti et bithyniae*
CONSVLARI . POTESTA*t* . IN . EAM . PROVINCIAM . *Extra sortem ab*
IMP . CAESAR . NERVA . T*r*AIANO . AVG . GERMAN*ico . dacico missus*
CVRATOR . ALVEI . TIbERIS . ET . RIPARVM . E*t . cloacarum urbis*
PRAEF . AERARI . SATV*r*NI . PRAEF . AERARI . MIL*itaris . pr . tr . pl*
QVAESTOR . IMP . SEVIR . EQVITVM *romanorum*
TRIB . MILIT . LEG *iii* GALLICA*e xvir . stli-*
TIB . IVDICAND . THERM*ae ex HS* . . . ADIECTIS . IN
ORNATVM . HS . CCC *et statuis* (?), *amp*LIVS . IN . TVTELAM
HS . CC . T . F . I *amplius eo et* LIBERTOR . SVORVM . NOMIN*e*
HS IXVIIII LXVI DCLXVI . REI *publ. dedit, quorum inc*REMENT . POSTEA . AD EPVLVM . *pl*
EB . VRBAN . VOLVIT . PERTIN*ere annuos* X*vdc eo amplio*S . DEDIT . IN . ALIMENT . PVEROR
ET . PVELLAR . PLEB . VRBAN . HS *d . item bybliothecam et* IN . TVTELAM . BYBLIOTH*e*
CAE . HS . C

Borghesius, qui et ipse titulum restituit (*Burbul.* p. 19), exemplo ab Aldinio (*Marmi Com.* p. 107) proposito in errorem inductus est. — Quum Traianus cognomine *Optimi* careat, ante annum 113 titulus exaratus est; eo autem tempore Plinium in vivis non fuisse, nota T . F . I satis constat.

N. 1174, v. 2 SEMITA; v. 5 AD SVPEROS; v. 10 HILARVS; IPSE. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 49.

N. 1175, v. 11 APELITI; in Graecis v. 3 *ΚΕΡΒΕΛΟΣ*; v. 7 *ΠΗΛΟΝ*; v. ult. *ΕΠΙΕ ΟΤΕ*. Vidi ipse in Villa Pamfilia; litterae Σ et Ω ita formatae sunt: *Ε*, W.

N. 1178, v. 7 MOES.; v. 8 IVRID . HIS‖PAN . CIT . IVRIDIC . APVL cet.; v. 9 LABR; PLEB; v. 11 SPLENDIDISS. Mommsen, I. N. 1420.

N. 1179: de hoc titulo dubitavit Maff. A. C. I, 282, sed exstat in Mus. Vat., et sinceritas eius confirmatur inscriptione a Letronnio (*Inscr. de l'Egypte* II, p. 397, pl. XXXIII, 19) publicata: *ΑΡЄΙΟ ΟΜΗΡΙΚΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ЄΚ ΜΟΥCЄΙΟΥ*, cuius versus supra scripti ex Iliade et Odyssea sumpti et denuo compositi sunt. Fortasse etiam OVIDIANVS POETA (Grut. 446, 8) genuinus est.

N. 1182, v. 2 *cla*VDIO; v. 9 et 10 in. pro F errore E legitur. Titulus haud dubiae sinceritatis nunc in Mus. Borbonico asservatur. Mommsen, I. N. 6794.

N. 1184: ne de sinceritate dubites, noto, titulum in Seminario Nolano exstare; op. cit. 2007.

N. 1187, v. 10 MEMM. Romae, in villa Casaliorum, ubi v. Kellermann. Nomina in inscriptionibus honorariis casu plerumque genitivo (rarius dativo et accusativo vel nominativo) ceteris praemissa nihil aliud esse, nisi nomen quoddam principale et quo praecipue vir honorandus appellari solebat, multis exemplis Borghesius comprobavit; *dichiarazione d'una lapide Gruteriana*, p. 43 sqq. (ex Actt. Acad. Taur. XXXVIII).

N. 1188 corr. Kellerm. Vig. 118 et accuratius de Rossi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 291. Exstat in villa Casaliorum, ubi Symmachorum aedes erant. Cf. n. 5593.

N. 1197, v. 1 ATILI; OVF; Aldini, *Marmi Comensi*, n. 46.

N. 1203 sqq.; cf. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. Rechtsw.* XV, 3, p. 370.

5598. L · IVNIO · L · F · GAL ‖ MODERATO ‖ COLVMELLAE ‖ TRIB · MIL · LEG · VI · FERRATAE [1]) — Tarenti. Murat. 826, 5; Mommsen, I. N. 578.

1) „Etsi epigraphia Tarentina vulneribus apertis et caecis laborat tota movetque suspicionem titulus, qui scriptoris de re rustica nomina ostendit, tamen hunc titulum egregie tuetur C. L. Grotefend (*Ztschr. f. A W.* 1835, p. 179); Columellam enim natione Hispanum fuisse et commoratum esse in Syria, quod utrumque aliunde constat, convenit cum tribu Galeria Hispanorum propria et cum tribunatu legionis VI ferratae, quae tum in Syria stationem habebat." Mommsen l. l.

6110. In lapide nigro in formam ungulae equinae vel asininae sculpto circa ipsam quidem ungulam capita visuntur Satyrorum, sub planta vero phalli figura et in summa parte concha conspiciuntur. Infantis denique protome in parte aversa exstat in triangulo posita, sub cuius basi litteris satis antiquis nomen ARIMN legitur, lateribus autem dextro PREMA, sinistro MVTINO adscriptum est. Repertum monumentum est in Via Flaminia III m. p. ab Arimino.

6111. L · LICINIO ‖ PRIMITIVO ‖ ORNAMENTIS · DECVRION ‖ HONORATO ‖ CVRATORI · AVGVSTAL · PERP ‖ AVGVSTALES · CORPOR [1] ‖ OB · PERPETVAM · ET · PLVRIFARIAM ‖ MVNIFICENTIAM · EIVS · ET · QVOD ‖ RES · NEGOTIA · QVE · EORVM ‖ INTEGRE · ADMINISTRET ‖ CVIVS DEDIC DECVRIONIBVS ‖ SING HS · XII · AVGVSTALIB HS · VIII · INGENVIS ‖ ET · VETERAN · CORP · [2] HS · VI · MVNICIPIB HS IIII N ‖ ET · EPVLVM · DECVRIONIB · ET AVGVSTALIB · DED ‖ ITEM · PR · IDVS · FEBR · DIE · PERVIGILII · DEI · PATRII ‖ ALTERVM · TANTVM · DEDIT ‖ L · D · D · D — a sinistra: DEDICAT · III · K · AVG ‖ PVDENTE · ET · ORFITO ‖ COS [3] — a dextra: CVRANTE ‖ L · LAECANIO · PRIMITIVO — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neapo-

litano. Gervasio, Iscr. nap. p. 21; v. Mommsen, I. N. 2530, qui suo iure titulum Puteolis tribuit; cf. n. 7103.

1) CORPorati. 2) CORPoratis. Collegium veteranorum ef. n. 4109. 6836. 3) A. 918 = 165.

6112. ADMINISTRANTE · ROMANO · IVN · SACERDOTE [1] ‖ FERIALE · [2] DOMNORVM SIC ‖ III · NONAS · IAN · VOTA [3] ‖ III · IDVS · FEBR · GENIALIA [4] ‖ KAL · MAIS · LVSTRATIO · AD · FLVMEN [5] ‖ CASILINO ‖ III · IDVS · MAI · ROSARIA · AMPLIE AFRE [6] ‖ VIII · KAL · AVG · LVSTRATIO · AD FLVMEN [7] ‖ AD · ITER · DIANAE [8] ‖ VI · KAI [9] AVG · PROFECTIO · AD IFER [10] AVERNI ‖ IDVS · OCT · VENDEMIA · ACERVSAE [11] ‖ IVSSIONE · DOMNORVM · FELIX · VOTVM ‖ SOLLICITE · SOLVIT · X · KAL · DECEMBR ‖ VALENTINIANO · III · ET · EVTROPIO [12] — Rep. in amphitheatro Capuano, nunc in R. Museo Neapolitano. Avellino, Opusc. III, p. 215—307; Mommsen, *Epigr. Anall.* 8 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 62 sqq.); I. N. 3571. De singulis cf. Avellinum et Mommsenium ll. ll.

1) sc. provinciae Campaniae. 2) i. e. index feriarum, distinguendus a kalendario, quo non soli dies feriati recensentur. 3) sc. pro salute principis, quae vota illo die fieri solebant; cf. Mar. Arv. p. 56 et tab. XLIV. In titulo quodam Cibyratarum est *ἡ κατευχῶν ἡμέρα* (Ann. Inst. Arch. 1852, p. 175), et apud Dionem 78, 8 *εὐχῶν ἡμέρα*; cf. Tac. Ann. IV, 17. 4) Kal. Const. *III . idus . [ludi] genialici*; M. 5) i. e. Volturnum; *segetes lustrantur* Orell. voll. II, p. 380. 6) Intellige rosaria ex testamento eius facienda. 7) Ob absolutam collectionem frugum. 8) Cf. Avell. p. 297; tab. Peuting. et Geo. 71, 4 = I. N. 3633. 9) sic pro KAL. 10) ITER A. Sed M. IFER clare in monumento legi affirmat et collata Fabr. 109, 269 interpretatur InFERias; cf. n. 7341. 11) i. e. ad paludem Acherusiam. 12) A. 1140 = 387. Est dies natalis imperii Valentiniani II; cf. fast. Idat. ad a. 375, p. 94 ed. Ronc. et Mommsen, l. l.

6113. D . . . . ‖ PRO SANGVINE *a* · · · ‖ ET CORIVM · · · · · ‖ SI HOLOCAVSTVM ✕✕ · · ‖ PRO SANGVINE AGNI ET PELLE ✕ IS ‖ SI HOLOCAVSTVM ✕ IK ‖ PRO GALLO HOLOCAVSTO ✕ IK ‖ PRO SANGVINE A XIII ‖ PRO CORONA A IIII ‖ PRO CALIDAM (sic) IN HOMINEM A III — Romae, in hortis Caesarinorum in Carinis. Exscr. Mommsen ex cod. Vat. 5253. Grut. 125, 2.

6114. QVOMODO MORTVOS QVI ISTIC ‖ SEPVLTVS EST NEC LOQVI ‖ NEC SERMONARE POTEST SEIC ‖ RHODINE APVD M LICINIVM ‖ FAVSTVM MORTVA SIT NEC ‖ LOQVI NEC SERMONARE POSSIT ‖ ITA VT MORTVOS NEC AD DEOS ‖ NEC AD HOMINES ACCEPTVS EST ‖ SEIC RHODINE APVT M LICINIVM ACCEPTA SIT ET TANTVM VALEAT ‖ QVANTVM ILLE MORTVOS QVEI — columna altera: ISTIC SEPVLTVS EST DITE PATER (in margine adiunctum RHODI ‖ NE) TIBI COMMENDO VTI SEMPER ODIO SIT M LICINIO FAVSTO ‖ ITEM M HEDIVM AMPHIONEM ‖ ITEM C POPILLIVM APOLLONIVM ‖ ITEM VENNONIA HERMIONA ‖ ITEM SERGIA GLYCINNA — Lamina plumbea litteris saeculi circiter octavi Urbis ornata, rep. in sepulcro ad

sinistram Viae Latinae sito D p. a porta. Exstat nunc in Museo Kircheriano collegii Romani P. P. Iesuitarum. *Civiltà cattolica* VIII, p. 243; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 21.

6115. DANAII · ANCILLA · NOICIA ‖ CAPITONIS · HANC OSTIAM ‖ ACCIIPTAM HABIIAS · ‖ IIT · CONSVMAS · DANAII ‖ NII[1]) HABIIS IIVTYCHIAM ‖ SOTIIRICHI · VXORIIM — Lamina plumbea, rep. extra portam Latinam in vinea Aquariorum. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 77. Cf. etiam caput de *iure Deorum Manium*.

6116. NOMEN · DELATVM ‖ NAEVIAE · L · L ‖ SECVNDA · SEIVE · EA · ALIO · NOMINI ‖ EST — Parva lamina aerea olim plicata et filo clausa, rep. in sepulcro Cumano, nunc in R. Museo Neap. Avellino, Bull. Nap. IV, tab. I, n. 3; VI, p. 89; Mommsen, I. N. 2915, qui litteris ad me datis suo iure ad eundem ritum defixionum inscriptionem pertinere suspicatus est.

1) [Mihi legendum videtur *consumas Danaene(n); habes* cet. Mommsen.]

6117. IOVEI · SACR — In latere dextro lapidis multorum libertinorum nominibus inscripti, in cuius latere sinistro haec leguntur: HANC · ARAM ‖ NE · QVIS · DEALBE*t* — In Capuano rep., nunc in R. Mus. Neapolitano. Mommsen, I. N. 3566.

§. 25. DEDICATIONES. CONSECRATIONES. VOTA.

N. 2487, v. 2. M . COTTIVS . M . F; v. 3. EPPILIVS; v. 6. extr. ꝸM, qua ratione scribendi M ad versum sequentem pertinere indicatur, in cuius fine MVRV pro *murum* legitur. V. ult. COF „sic" pro COS; Mommsen, I. N. 3561; cf. 3562—3569, et nostrum n. 6119.

N. 2488: versus aliter divisos litterasque nonnunquam nexu ligatas indicat Mommsenius, qui vidit; I. N. 6011. Hic notasse sufficiat, quae verba apud Orellium vel male lecta vel omissa sunt: v. 3. COMVLATEIS; v. 4. VTEI . QVE; v. 11. DARE . QVO . ID cet.; v. 13. EA . PEQVNIA . QVAE . PEQVNIA; v. 15. VEICVS . FVRF.

N. 2489, not. 5. cf. Calend. Cumanum n. 5359.

N. 2490, v. 7. extr. CETERA; v. 10. extr. NOSTRI, Furlanetto, *lap. pat.* 1, qui supplendo tamen scripsit CETERAe, NOSTRIs, quamquam antea supplementis opus non esse proposuerat; v. Kellerm. apud Orell. Anall. epigr. p. 39. Notes velim, aliam quandam inscriptionem, in qua *mugmentum* legitur, spuriam esse (Fabr. 635, 301); cf. Borghesi, Traiano Dacio p. 49.

N. 2492, spurius, confictus ab Antoninio; Mommsen, I. N. 36*.

N. 2494, spuria mihi quidem videtur esse.

6118. LARIB · D · D · ROMANO ‖ MORE · DEDICATA — Amiterni. V. Brunnius. *Bull. Nap. n. s. n.* 34, p. 80.

6119.

· · ALFIDIVS · C · F · STRAB	C · N · · VS · CN · F	M · PONTIVS · M · L · SAL
M · PANDIVS · M · F	M · C/OELIVS · C · F	A · OCRATIVS · M · L · ALEX
P · OCTAVIVS · P · F	M · HE · · CIDIVS · M · F	C · HOSTIVS · M · L · HERM
C · CORNELIVS · C · F · SAP	L · DECVMIVS · N · F · STAB	A · RVBRIVS · A · F · PRAEC

HEISC . MAGISTR . EX . PAGEI . SCITV . IN . SERVOM . IVNONIS . GAVR . [1]) AR . . . . . ITVLE . . .[2])

P . CORNELIO . LENTVLO CN *au*FIDIO . ORESTE . COS [3]) M M . . .

— Ad D. Prisci, 2 m. p. a Capua. *Bull. Nap. nuova serie* n. 2, p. 13; recognovit mea causa Fredericus Wentrup v. c., cuius exemplum ubique fere secutus sum. A latere eiusdem saxi legitur n. 6154.

1) GAV*Ranae*, Garruccius l. l. 2) Pro AR etiam AP' vel AF legi posse W. docuit, qui in fine ita legit: 'TVLE. [Supple 'ARG*enti* *Pondo* L (vel alium numerum) CONTVLERVNT. Notum est deo res adquirere solitos esse per servum eius. Mommsen.] 3) A. 683.

6120. ANINIA · SEX · L · GE · IVNONIBVS · HANC ‖ ARAM · LOCVMQVE · HIS LEGIBVS · DEDICAVIT ‖ SI · QVIS · SARCIRE · REFICERE · ORNAR · CORONAR · VOLET · LICET ‖ ET · SI · QVIT · SACRIFICI · QVO · VOLET · FERRE · ET · IBI · VBI · VOLET · VTI · SINE ‖ SCELERE · SINE · FRAVDE · LIC*et* — *Carpi*. Cardinali, *Dipl. milit.* n. 558; melius Cavedoni, *Marmi modenesi* p. 185.

6121. SALVTI EX VOTO ‖ Q · PLAVTIVS IVSTVS AEDIL · ARIM ‖ N S · [1]) ET · CASSIAE THREPTES C · S · [2]) ET ‖ Q · PLAVTI · VERECVNDI F · S · [3]) AEDEM ‖ S · A · [4]) DED ‖ H · A · S · A · H · L · L · Q · D · R · IN A [5]) — Arimini. Murat. 21, 4, cet.; corr. Tonini, *Rimini* n. 4 et 5.

1) *Numine Suo*; Borghesius apud Toninium l. l. 2) *Coniugis Suae*; id. 3) *Filii Sui*; id. 4) *Saluti Augustae*. 5) *Haec Aedes Salutis Augustae Habet* L*Leges Quas* (sc. *habet ara*) *Dianae Romae* IN *Aventino*; id. Cf. nu. 2489, 2490.

6122. IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POT · VII · IMP · XVII · P · P · COS · VII · DESIGN · VIII [1]) ‖ TEMPLVM · MATRIS · DEVM · TERRAE · MOTV · CONLAPSVM · RESTITVIT — Herculaneo in R. Mus. Neap. illatus. Mommsen, I. N. 2384.

1) A. 829 = 76.

6123. TEMPLVM DEDIC ‖ L VENVLEIO APRO‖NIANO · II · L · SERGIO ‖ PAVLO · II · COS [1]) ‖ V · K · MART · QVID · I ‖ ES · POSTEIS · VI K · IVL [2]) — Constantinae in Capitolio. *Exploration de l'Algérie*, *beaux arts* I, 1846, pl. 11, fig. 3.

1) A. 921 = 168. 2) l. *qui dies post eis vi kal. iul.* Dedicationem templi postea VI kal. iul. celebratam esse credo.

6124. . . . . *muni*‖*c*IPI MEL PRIMVS OMNI*um fe*‖*c*IT · ITEM · AEDEM MARMO*ream a*‖*pol*LINIS CONSACRAVIT ITEM P*ro* ‖ *p*RONAO COLVMNAS IIII ET PARA*statas* ‖ ET PODIVM ET PAVIMENTV*m col*‖*lo*CAVIT IN QVOD OPVS VNIVER*sum* ‖ *d d libera*LITATE SVA HS CXDCCXCII SQ ‖ *m*ELITENSIVM DESIDERIVM O *v praeven* ‖ *ri · stat · a*ERIS COLLATIONE D D [1]) — In insula Melite. Zaccaria, storia litt. VI, p. 297; *istituzione lapid.* p. 398 sq.

1) *Senatus Que m*ELITENSIVM DESIDERIVM *Optimi viri praeven*(*iens*) *et stat*(*uam*) *a*ERIS COLLATIONE DD, Zacc. parum probabiliter, quamquam quid supplendum sit ego quoque nescio.

6125. CVRIA · PRIS‖CA MATRI MAGNAE ‖ FANVM RIFECIT SIGNA POSVIT IN ‖ PHORVM [1]) . . . . . . ‖ . . . . — Andetrii Dalmatiae. Lanza, *lapidi salonitane* n. V.

1) *i. e.* forum.

6126. GAL · TETTIENVS PARDALAS · ET ‖ TETTIENA · GALENE · TETRASTYLVM ‖ SVA · PECVNIA · FECERVNT · SIMVLACRA · CASTORIS ‖ ET · POLLVCIS MVNICIPIBVS · ASISINATIBVS · DON · DEDER ‖ ET · DEDICATIONE · EPVLVM · DECVRIONIBVS · SING ✕ V SEXVIR ✕ III ‖ PLEBEI ✕ IS DEDERVNT ‖

S · C · L · D — Asisii, basis maxima, litteris pulchris, in cryptis aedis Minervae. Bull. Inst. Arch. 1839. p. 146.

6127. APOLLINI · GENIOQVE · AVGVSTI · CAESARIS ‖ L · APVSVLENVS · L · L · EROS · MAGISTER · PVTEVM · PVTEAL · LAVRVS ‖ SACRVM ‖ D · P · S — Bononiae. Paciaudi, puteus sacer agri Bonon. Romae 1761; Schiassi, *Guida al Museo* cet. p. 20.

6128. LIBERO · PATRI · SA‖CRVM · $\overline{XX}$ · ANNALE [1] ‖ T · FL · EGLECTIANI · SACERD [2] ‖ AVREL · AVG · LIB · DRACO ‖ PARASTATA CONSACRAVIT — Puteolis, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 2478.

1) Intellige *vicennale*; cf. Or. 1596 = 2518, ubi *decurionem annalem* Orellius repperisse sibi visus est. 2) Cf. n. 6082.

6129. T · ANNIVS · L · F · LARGI ‖ DIBVS PENATIBVS ‖ OB REM · MILITAREM ‖ VOTVM SOLVIT L · M — Marruvii („*in sancti Valentini inter rudera antiquae Valeriae*", quae Antinorio civitas *S. Benedetto* est). Misit Antinorio P. Philippus Camerinius, ex schedis Antinorianis Brunnius. [Antinorius exscripsit ex Mur. 85, 1. Ego consulto omisi, neque enim recte videtur attributa esse Marruvio Marsorum. MOMMSEN.]

6130. . . . . ‖ . . . . . . *d*EDIT · L · AVFIDI · D ‖ . . . . *de*CVMA · FACTA ‖ . . . . IMER · ITERVM ‖ . . . . . TE · ORAT · TV · ES ‖ . . . . DEVS · QVEI · TOV ‖ . . . . . . PACEM · PETIT ‖ . . . . . . ADIOVTA [1]) — Bazzani prope Aquilam. Giovenazzi, *Città d'Aveja* p. 37; Mommsen, I. N. 5756.

1) Monumentum ad Herculem pertinere argumentis a similitudine tituli Sorani (n. 5733) petitis comprobare conatus sum, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 75; *Rhein. Mus.* N. F. V, p. 73. Ibidem plures ab initio versuum litteras deesse monstravi; unde fortasse legendum est: v. 2. *donum de*CVMA; v. 3. *hercolei* MER(*ito*); v. 4. *simul* TE cet.

6131. P · ATEIVS · P · L · REGILLVS · FECIT ‖ SIBI · ET ‖ P · ATEIO · P · L · SALVIO · PATRON · ‖ POMARIO · IS · TER · HERCVLI · DECVMAM · FECIT ‖ VIXIT · ANN · CII · ET ‖ PRIMAE · L · SVAE · CARISSIMAE · ET ‖ ATEIAE · IOLLAE · PATRONI · FILIAE [1]) — Capuae, nunc in Mus. Borbonico. Gud. 341, 1; Fabr. 8, 34; Mommsen, I. N. 3578, cet.

1) Cf. nn. 5733, et 1862; praeterea Murat. 307, 5.

§. 26. DONARIA.

N. 2497; de aetate huius inscriptionis cf. nunc Mommsen apud Iahn, *Ficor. Cista* p. 42 sqq.

N. 2503, v. ult. P . $\overline{III}$ — ET ARG . P . $\overline{CCVI}$ =.

N. 2504, not. 1. *Dolicheni*.

N. 2508, titulus, si sincerus, male certe exscriptus.

N. 2512, spurius; Mommsen, I. N. 21 *.

N. 2515: dedit aeri incisum Marini, Arv. p. 49. V. 7. GENESIA‖CVS.

N. 2516, v. 1. TARVI (fortasse TAVRI); Mommsen, I. N. 278.

N. 2518 = 1596.

6132. IOVI · *paganico* [1]) ‖ M · POMPONIVS · M F · PRIMI*o* ‖ E*t* · C · POMPONIVS · M · F ‖ *ar*AS SEPTE · POSVERVNT ‖ *iovi* · *p*A-

GANICO PAGI · FARRATIC ‖ EX · SCITV · PAGI · PAGANORVM ‖ *f*ARRATICANORVM · ET · PERMIS ‖ OB · TE · · MAGISTERIVM PAGI [2]) ‖ *e*T · VOCATIONEM · [3]) IN · PERPETV*um* ‖ *s*IBI · ET · FILIO ‖ *f*INIBVS · CREMONENSIVM ‖ D P S — *Pedergnagae*, nunc Brixiae. Grut. 1007, 7; Mur. 138, 3; 1098, 3; Gud. 11, 2, cet. Corr. Labus, *Marmi Bresciani* 1.

1) Addidi *paganico*, quia deesse aliquid Muratorius quoque indicat. 2) OB. TE*r(tium)* MAGISTERIVM, L.; equidem pro *tertium* TER scribi posse haud credo, nisi forte TER in lapide erat. Fortasse *pr*OPTER, quamquam contra Labusium αὐτόπτην nihil affirmare ausim. 3) Ceteri editores omnes, praeter Gnocchium et ipsum Labusium, VACATIONEM.

6133. L · ACCIVS · TERENTVS ‖ AEDEM FECIT ‖ IOVEM · MARMO‖REVM · POSVIT ‖ VOTVM · ANIMO · L · S ‖ L · LOLLIANO · AVITO · COS [1]) — Inscriptio rupi incisa, quae dicitur *Pietra Mara* sive S. Mariae, prope Opim in faucibus fl. Sangri. Mur. 1987, 5; corr. Cardinali, *iscr. ined.* p. 53, n. 301; Bull. Nap. III. p. 99; Mommsen, I. N. 4537.

1) A. 897 = 144. Nota consulem unum. Anno 962 = 209, quo plerique Lollianum quendam Avitum fasces gessisse dicunt, Lollianum minime consulem fuisse demonstravit Borghesius, Bull. Nap. I. 1.

6134. PIETAS · SEC*un*‖DI · CONTVBER · MAG [1]) ‖ ARCVM · ET · CANDE‖LABRVM · IVNONI ‖ D · S · D · D — Grumenti. Mur. 17, 7; v. Mommsen, I. N. 305, ubi v. ceteros.

1) MAG*istra*; PIETAS enim nomen est feminae contubernalis Secundi.

6134a. C · FABERIVS · MIL · [1]) ET · SEDILIA · IVNONI · DAT — In lapide Albano quadrato, rep. in V. Appia inter Albanum et Ariciam. Dedit Petrus Rosa architectus.

1) MIL*iarium*?

6135. AP · IVNIO · SILANO · P · SILIO · NERVA · COS [1]) ‖ K · IANVAR ‖ L · POPPAEVS · VRBANVS · APOLLINI · SIGNVM · SACR · SEDEMQ · DIKAVIT — Abellae. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 26; Mommsen, I. N. 1943.

1) Cos. a. 781 = 28.

6136. N · VSSAEVS ‖ SEX · F ‖ T · SALISIVS · T · *f* ‖ *s*III VIR I D ‖ MINERVAE ‖ SIGNVM ‖ D · D · S · ST · C [1]) — In ruderibus Bantiae antiquae. Mommsen, I. N. 429; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 157; Bull. Neap. V, p. 68.

1) *De Decurionum Sententia* ST*atuendum Curaverunt.*

6137. T · ACILIO · T · F · AI [1]) ‖ FLORENTINO ‖ EQVO · PVBL · PRAEF · COH ‖ V · BREVCORVM ‖ FORMIANI · OMNIVM ‖ ORDINVM · VIRI ‖ QVOD · IS · TESTAMENTO · SVO ‖ HS · C̄ · M · N̄ · LEGAVERIT · EX · QVA ‖ SVMMA · TENSAE · [2]) MINERVAE ‖ EX · ARGENTI · LIBRIS · CENTVM ‖ *c*VM PARERGIS SVIS TO*tis* ‖ *factae sunt*. Formiis. Mommsen, I. N. 4093.

1) *Aniensi tribu.* 2) Cf. *aedem tensarum* n. 5088, et *iugarios tensarum* [nonne potius *nomenclatores tensarios iugarios*? Mommsen.] inscriptionis Grut. 35, 12: SOLI . INVICTO ‖ SACRVM ‖ T . POMPONIVS ‖ REPENTINVS ‖ NOMENCLA-

TOR ‖ TENSAR . IVGARIS ‖ S . P . D . D ‖ DEDIC . XV . K . IVL ‖ MARVLLO . ET . AELIANO . COS (a. 937 = 184) ‖ OB . DEDIC . SPORTVLAS ‖ DEDIT . SINGVL . X . II .

6138. D · VALERIVS · D · F · COR ‖ PROCVLVS · AEDIL · DICTATOR ‖ QVAEST · ALIMENTORVM ‖ HYDRAEVM · GEMMIS · EX‖ORNATVM · ET · AVRATVM ‖ VNA CVM VALERIA FORTV-‖NATA ET VALERIA PROCVLA ‖ ISIDI · ET · SERAPI ‖ D · D — Nomenti. *Giorn. Arcad.* 1832, p. 324; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 36.

6139. SYNOPSIS [1]) ‖ IOVIS · [2]) VICTOR · ARGENTEVS ‖ IN KAPITOLIO · HABENS · IN · CAPITE · CO‖RONAM ARGENTEAM QVERQVEAM ‖ FOLIOR XXX · [3]) IN QVA GLANDES N̄ · XV · FE‖RENS · IN · MANV DEXTRA ORBEM ARGEN‖TEVM ET VICTORIA · PALMAM FERENTEM ‖ · · · · · · · · · ET [4]) CORONAM FOLIOR · XXXX · ‖ · · · · · · · · · ISTRA [5]) HASTAM · ARG · TENENS — Constantinae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXII, 15; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 120, 4.

1) Fragmentum est indicis donorum deo alicui dedicatorum. 2) Nominativus. 3) XXV, Expl. 4) XX ET, ibd. 5) SINISTRA, ibd. — Ad similem indicem alterum fragmentum pertinet, ibidem repertum, nimis mutilum, quam quod plane intelligi possit:

6140. · · · · · ACA · · · · · · SVB INSCR ‖ · · · · TRONI · · MENISIONGANT [1]) ‖ ·ITMINNYMPHAEO [2]) IN CORONA SVMMA ‖ CIRCVMITV HEDERAE [3]) N̄ XXXX · AVRO INLVMI‖NATAE HEDERAE DISTINGVENTES · IN · COCHLEIS [4]) ‖ N̄ X SCYPHI [5]) DEPENDENTES · AVRO INLVMINATI · N · VI ‖ CANTHARVM AVRO INLVMINATVM STATVAE ‖ AEREAE · N̄ · VI · ET CVPIDO · MARMOREAE · N̄ · VI [6]) ‖ SILANI · AEREI · N̄ · VI · MANVALIA [7]) N̄ · VI — Clarac, l. l. n. 6; *Exploration* cet. pl. 120, 5. Ex variis eorum scripturis elegi, quas accuratius exceptas esse indicavi.

1) . . . . SVBINSO ‖ . . . . TION . . . , MINISLONGANI, Cl. (p. 1270), qui *flu*MINIS LONGANI legendum esse affirmat, etiamsi, quam ob causam flumen illud in inscriptione Cirtensi commemoratum sit, ne ille quidem expedit. 2) ITMINNAMPLIATO Cl. 3) LITTERAE Expl. minus recte. 4) COCTILE*s* Cl. minus recte. 5) SVI . HE Expl. male. 6) Sic ambo, nisi quod Expl. minus bene pro *n. vi* SVI. 7) Graecorum *χέρνιβα*, Cl. l. l. [Equidem priorem partem sic lego: SVB INSCR*ip*TION*e no*MINIS LONGANI IT*e*M IN NYMPHAEO IN CORONA SVMMA CIRCVMITV LITTERAE N̄ XXXX AVRO INLVMINATAE HEDERAE DISTINGVENTES INCOCTILES N̄ X. De primo cimelio nihil docemur nisi id dedicatum esse inscripto nomine non dedicantis, sed Longani alicuius. Sequitur elenchus ad nymphaei cimelia, inter quae primum locum obtinet ipsa inscriptio in corona, utpote scripta litteris auratis. *Hederae distinguentes* mihi sunt foliola quae passim in titulis punctorum instar obtinent. *Incoctiles* cur dicantur, non satis intelligo, nisi quod cum epitheton hoc aperte respondeat attributivis auro inluminati, aerei, marmorei, significari suspicor aliquid de auro incocto hederis illis. MOMMSEN.]

6141. · · · · ‖ ET ‖ SIGN · ARG · VII ‖ ET · IMAGINE ‖ EX · AVRI · P · II ‖ ET · FILA · II ‖ EX · CYLINDRIS ‖ N̄ · XXXIII ‖ AVRO · CLVS ‖ T · P · I — Arimini, columna parvula quadrata. Tonini, Rimini p. 292, n. 10.

6142. MESCENIA · ‖ VALENTINA ‖ IMPERIO ‖ VENERIS · ‖ IVNONEM ‖ D · D — Salonae. Misit Sablyar v. cl.

6143. I · O · M ‖ PRO SALVTE ET ‖ REDITV PETRoNIAE ‖ MAGNAE · FORTVNATVS ACT · ARAM ‖ CVM HOSTIA FECIT ‖ ITEM PRO SALVTE SVA ET SVORVM OMNIVM ‖ V · S · L · M — *Comminges* Galliae merid. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 64.

§. 27. SVPERSTITIO IVDAICA ET CHRISTIANA.

6144. · · · ALFIVS IVDA ‖ ARCON · ARCOSYNAGOGVS · QVI ‖ ANN LXX MESIB VII ‖ DIEB X ALFIA SOTERIS CVM Q AN ‖ XXXXVIII COIVGI ‖ INCOMPARABILI ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Capuae, nunc Romae in Mus. Vat., ubi vidi ipse. Gud. 263, 5; Mommsen, I. N. 3657, cett.

6145. AVILIA · ASITER IVDEA ‖ M · AVILIVS IANVARIVS ‖ PATER SINAGOGAE FIL ‖ DVLCISSIMAE — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 85, 6.

6146. ☧ ☧ ☧ ‖ HIC REQVIESCIT IN SOMNO ‖ PACIS CAELIVS LAVRENTIVS ‖ LECTOR SANCTAE AECLESIAE ‖ AECLANENSIS QVI VIXIT ‖ ANNOS PL M · XLVIII DEPOSITIO ‖ EIVS DIE VII IDVS MAIAS FLAVIS ‖ ASTERIO ET PRAESIDIO VV CC CON[1]) — Rep. in cryptis Aeclanensibus, nunc Boniti apud Cassittum. V. Mommsen, I. N. 1299.

1) a. 1247 = 494.

6147. Adde inscriptionem Volaterranam e schedis quibusdam Vaticanis a Lanzio, ut videtur, conscriptis a v. cl. de Rossi excerptam, quae num christiana sit, an ad sacra Mithriaca pertineat, non plane liquet: *ascia* D · M · *palma* ‖ MVRTIVS · VERINVS · PATER · MVRTIE · VERINE · ET ‖ MVRTIE · FLORIANENI ‖ FILIABVS · MALEMERENTIBVS · CRVDELIS PATER · TITVLVM · ISCRIPSIT · VERINA · ‖ PERCEPIT · M · X · VICXIT · ANNOS · XII · MENSES · V · FLORIANES · PERCEPIT · M · XII · ‖ VICXIT · ANNIS VIII · M · III INNOCENTES ACCEPERVNT · ‖ *a* *s*VO PATRE QVOD E*i* DEBVERANT — Si impuberes quoque sacris Mithriacis initiabantur, id quod equidem ignoro, ad hunc potius cultum titulum referendum puto; cf. *fidem percipere* apud Mommsen I. N. 3160.

CAPVT VI.

LVDI. RES SCENICA CET.

N. 2531, v. 4. PVRL; v. 9. MAXIMOQ; v. ipse. A latere legitur n. 4038.

N. 2532, v. 13. EXSTRVCTVM; v. Brunaius in hortis Praenestinis Barberinorum.

N. 2533, v. 1. A. VERATIO, v. 8. EXHIBVIT: ceteras minutias mitto. Cumis titulum tribuerant Gervasias, *Iscr. Napol.* p. 31, et Mommsenius, I. N. 2569, collata inscriptione n. 2568 Cumis reperta: SEXTIAE . L . F . ICANI ‖ MONVMENTVM . PVBLICE ‖ FACTVM . D . D . C . I ‖ QVOD . EA . MVNIFICA . ERGA ‖ COLONIAM . FVIT.

N. 2536: Flaviani quoque amphitheatri subsellia nomina dominorum contineat; cf. Kellerm. apud Or. Anall. ep. p. 39.

N. 2538, v. 2. fin . SVO . . ; . . ; v. 3. extr. RED . . . . . . ; v. 4. AMPHITEATRVM; FABRIC*am*; v. 6. extr. GORGOTI‖S . . . . ; mea causa recognovit Philippi; ipse vidi.

N. 2539: hanc tesseram a Romanellio confictam esse, non ut pro sincera eam daret, sed ut melius lectoribus suam de tesserarum indole sententiam declararet, ostendit Mommsenius, Anall. epigr. I (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1849, p. 286); cf. Wieseler, *Denkm. des Bühnenwesens*, p. 37 sq.

N. 2540, 4. N . ISTACIDIVS . N . F . CILIX cet.; 7. pro *cum . cos* I. CVNEOS; Mommsen, I. N. 2252.

N. 2543, not. 1. expl. *allecto in* $\overline{V}$ *decurias*.

N. 2550: fragmentum alterum exstat in Mus. Vat., male a Grutero editum.

N. 2551, v. 1. P . POETELLIVS . Mommsen, I. N. 6892. *Forinae* leguntur etiam in inscriptione n. 1712. in hortis Vaticanis asservata.

N. 2552, v. 4. CALLISTVS; vidi ipse Romae ad S. Crucis.

N. 2556, not. 2. fortasse Oro, Or*anius*? an exclamatio?

N. 2562: PHILODAMVS cet. inieria Cardinalio (*Dipl.* n. 220) susp.; cf. Borghesi, *Giorn. Arc.* LIV, p. 67.

N. 2565: cos. n. 752; cf. Card. *Dipl.* n. 195.

N. 2566, cf. n. 2407.

N. 2567, v. 2. PVRRICINNA; Furlanetto, *lap. pat.* CCXIII.

N. 2569: gladiatoribus ab Orellio laedatis adde SAG*ittarios*, ESSE*darios* in iisdem inscriptionibus obvios; cf. Mommsen, I. N. 736. 737.

N. 2570, v. 6. HONORIB.; v. 8. MVNICII, „sic"; v. 11. PARIA . GLADIAT . L . DEDIT; I. N. 2627.

N. 2571, not. 4. *Syrue*.

N. 2575, v. 2. RVDIS in lapide exstat; cf. Kellerm. apud Or. Anall. p. 39.

N. 2579, v. 3. TAM; v. 9. VEREMERENT; v. Mommsen in R. Mus. Neap., I. N. 6902.

N. 2591: accentibus distinctus est; exstat Romae ad S. Petri.

N. 2593. cf. Haenel, Anon. Einsiedl. in *Archiv f. Phil. u. Paed.* V, 1, p. 127, et Mommsen, *Anall.* 15 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 312).

N. 2597, sporius.

N. 2601 pars mihi esse videtur tituli n. 6155 similis, sed mutili at male exscripti.

N. 2602, v. 3. OCVLO; v. 13. POPVLO; v. 14. EN; v. 15. INFESTAE; v. ult. DISCEDENS; Romae in V. Altieriorum, ubi ipse vidi cum Mommsenio.

N. 2603, v. 4: pro XIII l. XII; duos versus ultimos accentibus distinctos postea additos esse docet Mommsen, I. N. 5252. Miantias scripterau oioisi.

N. 2606 exstat in R. Museo Neapolitano, sed sporius est; I. N. 363 *.

N. 2607 mihi certe suspectus.

N. 2613, pro *erudita* l. ERODITA; exstat in Mus. Vat.

N. 2614, v. 1. AVC*tus*; v. 2. DENVNTIATOR; exstat nunc in R. Museo Neap., ubi v. Mommseo, I. N. 6886.

N. 2616: suspicionem gravissimam movent Dionysius Sucrates Ang. lib. et V. Appia, quo loco Ligorius suos lapides reperire solebat.

N. 2619, vv. ult. MANC*apa* ‖ GREGVM DO*minorum* ‖ AVGG . . . . . ‖ ET . . . . . ; Romae in Villa Altieriorum; cf. Kellerio. apud Or. Anall. epigr. p. 39. Vidi ipse. — Ad n. 2620 cf. labu, Specimen p. 87; Furlanetto, lap. pat. n. 45.

N. 2626, spurius; Mommsen, I. N. 766 *.

N. 2628 a Mommsenio refertur quidem inter paucos lapides Amerinos certo genuinos (*Bar. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1849, p. 269), nihilo tamen minus mihi certe suspicionem movent insolitus ille *Augustalis maximus, hieronicus, parasitus et sacerdos*; cf. praeterea n. 2630.

N. 2630 male suppletus a Pratillio, V. Appia p. 137; Mommsen, I. N. 652: v. 1. . . *a*ELIO; v. 2. *aur*ELIO; v. 3. *pa*NTOMIMO; v. 4. *aug*VSTALIVM . QQ; v. 5. *ag*ONISTE cet.

N. 2633, v. 3. GLAPHYRI; versus aliter divisi. Romae, in V. Borghesiorum; cf. Kellerio. apud Or. Anall. p. 39.

N. 2637; vel interpolatus, vel spurius; Gutenstenius Grutero dedit.

N. 2639, v. 3. PYRrICHE; v. 4. CAESARIS; B . M; v. ipse in Mus. Cap.

N. 2644, not. 1. Avellinus, Opusc. III, p. 1 sqq., coniungit verba *secundarum magistar*, atque ad administrationem pagi illud officium refert.

N. 2646 ex schedis quidem Barberinis est, neque tamen mihi suspicionem movet.

6148. P · BAEBIO · P · F ‖ TER · IVSTO · HVIC ‖ SPLENDIDISS · ORDO ‖ STAT · PONEND · CENS · OMNIB ‖ HONORIB · IN · RE PVBL · FVNCT ‖ QVOD · ET · IN · SING · ET · VNIVERS ‖ AEQVAL · SEMP · REVERENTIAM ‖ PRAEBVIT · ET · QVOD · MVNVS · GLAD · POST ‖ HONOR · II · VIR · EDIDISS · POSTVL · POPVLO · Q ‖ PROCES · EDITIO · CELEBRATA · EST [1] ‖ EX · INDVLG · PARIA · TRIA · CVM · VRSIS · II ‖ HERBAN · LIVENTER · SVSCEPERINT · IS · OB ‖ DEDIC · STATVAE · DEC · SING · X · TERN · DED ‖ D · D · D — In dextro latere: HIC · MINT · DIEBVS · IIII · EDIDIT ‖ PARIA · XI · EX · HIS · OCCID · GLA ‖ PRIM ·[2] CAMP · XI · VRSOS · QVOQVE ‖ CRVDEL · OCCIDIT · X · QVOD ‖ IPSI · MEMINIST · CIVES · OPTIMI ‖ HERBAN · VNIVERS · IN · DIES · SING ‖ OCCIDIT · QVATERNOS — In sinistro latere: DED · KAL · AVG · AEMILIANO · II · ET ‖ AQVILINO · COS [3] — Minturnis. Mar. Arv. p. 630; Mommsen, I. N. 4063. Orellius 3811 omisit inscriptionem dextri lateris.

1) Versus sive a quadratario sive a descriptore corruptos Mommsenius ita restituendos esse proposuit: *quod munus . post honor(em) II vir(atus) splEnDIDISS(imum) postul(ante) populo . q(uando) proces(sus) editio celebrata est* — SVSCEPERIT.
2) PRIMorea? 3) A. 249.

6149. L · EGNATIO · INVENTO ‖ PATRI · L · EGNATI · POLLI ‖ RVFI · HONORATI · EQVO · P · ‖ AB · IMPERATORIB · ANTONINO ‖ ET VERO AVG ‖ HIC · OBLITERATO · MVNERIS · SPECTAC (sic) ‖ IMPETRATA · EDITIONE · AB · INNVLGEN (sic) MAX · PRINCIPIS · DIEM · GLADIATORVM ‖ ET OMNE APPARATVM PECVNIA SVA ‖ EDIDIT ‖ COLONI · ET · INCOLAE ‖ OB MVNIFICENTIAM EIVS ‖ L D D D — in latere: *ed*ITVM · XII · K · APRIL · CLARO · ET · CETEGO COS[1]) — Infra amphitheatrum exhibetur, cuius apparent gradus, fenestrae, portae; intus gladiatores pugnantes; in altero latere duo gladiatores pugnantes. — Abellae. Mommsen, I. N. 1952, ubi v. ceteros.

1) a. 170.

6150. C · PAVSCVLANO ‖ C · F · QVIR · ‖ MAXIMO ‖ AEDILI ‖ QVINQ · PRAEF ‖ IVRIS · DIC · QVAESTORI ‖ ALIM · FLAMINALI · AVG ‖ HIC · OB HONOREM · QVINQ ‖ SPECTACVLVM · GLAD · TRIDVO ‖ DEDIT · ET · NOXEOS · QVATTVOR ‖ ITEM · ANNONAE · CVRATOR ‖ VIX · AN · XXXIIII · DIES · IIII · ‖ C · PAVSCVLANVS · RVFVS ‖ FILIO · KARISSIMO ‖ P ‖ HIC · MO·NV·MEN·TVM EM·TORI ‖ NON · CE·DET · SIC · VT · LI·CI·AT· I · TVM ‖ A·DI·TVM · AM·BI·TVM · MI·HI · POS·TE·RIS‖QVE · ME·IS · IN · AGRO · P · LXX · IN FRON·TE · P · XII — *„rinvenuta in un terreno del V. Bre* (?) *di S. Nicandro nel piano di Caporciano"* (in agro Peltuinati). Ann. Inst. Arch. 1849, p. 236; Mommsen, I. N. 6036; corr. nuper Brunnius, qui vidit.

6151. M · LVRIO · M · F · PALAT ‖ LVCRETIANO ‖ PATRONO · MVNICIPI ‖ TIBVRTES · MVNICIPES ‖ AERE · COLLATO · QVOD ‖ HONORE · SIBI · QVINQVEN‖NALITATIS · OBLATO · XX · PARIA ‖ GLADIATORVM · ET · VENATION ‖ SVA · PECVNIA · EDIDERIT ‖ L · D · S · C — in latere dextro: DEDICATA ‖ VIIII · KAL · AVGVST ‖ L · EGGIO · MARVLLO ‖ CN · PAPIRIO · AELIANO[1]) — Tibure. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 153.

1) Cos. a. 937 = 184.

6152. TITIO (sic) FABIO SEVERO ‖ PATRONO COLONIAE OB ME‖RITA EIVS DOMI FORISQVE ‖ ET QVOD PRIMVS OMNIVM ‖ EDITORVM SVM*ptu pr*OPRIO ‖ QVINQVE FE*ras africana*S[1]) ‖ CVM FAMILIA *glad* · · · RIA‖NORVM[2]) ET ADPA*ratu* · MAG‖NIFICO DEDERIT ORDO ‖ CIVESQVE LIBENTISSIM ‖ STATVAM TRIBVERVNT — Telesiae. Mommsen, I. N. 4877.

1) Vel *libyea*S, vel *dentata*S; cf. 2533; 3762. 2) Fortasse *seve*RIANORVM.

6153. C · QVINCTIVS · C · F · VALGVS ‖ M · PORCIVS · M · F · DVO·VIR ‖ QVINQ · COLONIAI · HONORIS ‖ CAVSSA · SPECTACVLA · DE · SVA ‖ PEQ · COER · ET · COLONEIS ‖ LOCVM · IN · PERPETVOM · DEDER — Pompeis. Mommsen, I. N. 2249.

6154. · · · · · N · F · FABER · M · FISIVS · C · F · M · VIBIVS · P · *f* ‖ · · · · · SIVS · ST · F · M · BAIBILIVS · L · F · TI ·

HOSTIVs · · · · ‖ CuneOS · DVOS · IN TEATRO · FACIENDOS · COIraverunt — Capuae. *Bull. Nap. nuova serie* 1852, 2, p. 13. In altero latere legitur n. 6119.

6155. CN · AEQVASIVS · C · F · CALVVS ‖ L · AELIVS · L · F · IIVIR · I · D · ‖ EX · D · D · VIAE · LATITVDIN · ‖ ADIECER · SVBSTRVCTION ‖ ET · ERISMAS · FAC · LOC ‖ IN · ID · OPVS · EX · D · D · PECVN ‖ LVD · [1] HS · Ↄↄↄ · CCIↄↄ · CCIↄↄ · CCIↄↄ ‖ CN · AEQVASIVS · C · F · CALVVS ‖ L · AELIVS · L · F · II·VIR · I · D · ‖ M · SVESTIDIVS · L · F ‖ C · ARRENVS · M · F · II·VIR · I · D ‖ DEDER · IDEMQ · PROB — Hispelli, in aedd. publ. Doni p. 89, 76. Vidi ipse.

1) LVD*iaria*, ei recte lecta est inscriptio n. 2601; sin minus, LVD*orum* malim.

6156. CN DOTTIO ‖ DOTTI MARVLLI‖NI FIL SER PLANCIA‖NO PAT COL FLAM ‖ IIVIR II QQ MVNER II ‖ E AGONOTHE PERP CER‖TAM QQ TALANT [1] ASI‖ARCH TEMPL SPEND ‖ CIVIT EPHES [2] EX LBE‖RAL SVA ELECT AGO‖NOTET PERP AB IMP ‖ DIVO MARCO CERTAM ‖ SACR HADRIANON [3] ‖ EPHESI POSTVL POPVLO ‖ OB MERIT EIVS ‖ VIC GERMALVS [4] ‖ D D — Antiochiae in Pisidia. Hamilton, *Researches in Asia minor* II, append. n. 187. Ipse ex apographo parum diligenter confecto restitui apud Gerhard, *Arch. Ztg.* IX, *Denkm. u. Forsch.* 1851, p. 395 sqq., ubi vide de singulis.

1) *Munerario iterum et agonothetae perpetuo certaminis talantiaci.* — Ἀγῶνες ταλαντιαῖοι C. I. Gr. 3208. 2) *Asiarchae templorum splendidissimae civitatis Ephesi.* 3) *Certamen sacrum Hadrianion,* ἀγὼν ἱερὸς τῶν Ἀδριανείων; cf. C. I. Gr. 2937, b; 3208. 4) Alterum titulum plane similem *vicus Tuscus* posuit; l. l. 187. *Praeterea vici Velabri* et *vici aedilicii* apud Antiochenses mentio fit; l. l. 181. 182 (n. 6981).

6157. · · · BALBVCIo · · *f* ‖ *s*ER FIRMO AED ‖ IIVIR QVI PECVNI‖AM DESIGNAVIT PE*r* ‖ TESTAMENTVM A*d* ‖ CERTAMEN GVMC [1] ‖ QVO · · NN · · · · N ‖ O · V · · · · VLISTIS — Ibd. l. l. n. 180.

1) Intellige *gumnicum*, fortasse scr. GVMNC.

6158. L · BOVIVS · L · F · L · N · FAL · CELER ‖ II·VIR · Q · AVGVR ‖ PRAEF · FABR · TRIB · MILIT · LEG · III · CYR ‖ PROCVR · LVDI · FAMIL · GLAD · CAES ‖ ALEXANDREAE · AD · AEGYPTVM · ADLECTVS ‖ INTER · SELECTOS · [1] AB · IMP · CAES · AVG ‖ SIBI · ET ‖ SEXTIAE · L · F · NERVLAE · VXORI ‖ OPT · CVM · QVA · A · PVERITIA ‖ SINE · OFFENSA · VIXIT · ANNIS · XXXI — Neapoli. Grut, 376, 3; Mommsen, I. N. 2614, ubi v. ceteros.

1) Sc. iudices, cf. 3905.

6159. M · FABIVS · FRONTO ‖ AVGVR P I D [1] CVM LV‖DIS SCAENICIS DE‖DIT PRAETER DENA‖RIOS MILLE AD ‖ OPVS THEATRI N [2] ‖ FILI SVI SENECIO‖NIS — a latere averso: POLLICITVS ‖ FVSCO II ET DEX‖TRO COS ‖ III NON IAN ‖ DEDICAVIT ‖ ISDEM COS ‖ PR · KAL · APRIL [3] — Rusicadi. Re-

nier, *premier rapport etc.* (*extrait des archives des missions scientifiques*) 1853, p. 4.

1) *Praefectus Iuri Dicundo.* 2) *Nomine.* 3) a. 225.

6160. ANTIOCVS ‖ MAGVLNI ‖ SP · ID · MAI ‖ M · PIS · M · MES [1]) — Tessera gladiatoria. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 44.

1) Cos. a. 693 = 61 a. Chr. n.

6161. CVRTIVS ‖ PROCVLVS [1]) ‖ SP VIII K DEC ‖ M VETTIO [2]) ‖ M AR · · · · — Romae. Op. cit. 1842, p. 31.

1) Nota gladiatorum ingenuum. 2) M. Vettius Niger pro consule Asiam sub imperio Neronis rexit (Eckhel IV, p. 234); unde Claudio imperante fasces eum gessisse Borghesius statuit; l. l.

6162. LEPIDVS · MVMMEIIA · S · SP ‖ M · IVN [1]) ‖ C · SENTIO · COS [2]) — Rep. in villa *Soliera* agri Mutinensis. Op. cit. 1834, p. 231; cf. 1835, p. 107.

1) MVMMEIAN*i* (vel MVMMEIAN*us*, i. e. Mummii) *Secutor* [malim *Servus*. Mommsen.] SP*ectatus* M*ense* IVN*io*. 2) C. Sentius Saturninus cos. a. 734 = 20 per aliquot menses sine collega fasces gessit; cf. Dion. 54, 10; Vell. II, 91.

6163. PHILOXENVS · METEL ‖ SPECT ‖ K · IVL ‖ IMP · CAE · X · C · NORB [1]) — Neapoli, in R. Museo, Roma allata. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 288; Mommsen, I. N. 6304. [Secundis curis intellexi recte hanc tesseram a Marinio inter spurias ablegatam esse. Mommsen.]

1) A. 729 = 25.

6164. SVAVIS ‖ THYBRIDIS ‖ SP · K · IVL ‖ C · VIB · C · ATEI · COS [1]) — Romae. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 288.

1) A. 758 = 5.

6165. CARVS ‖ HOSTILI ‖ SP · VII · K · APR ‖ CAM · ARR · CN · DOM [1]) — Romae. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 358.

1) CAM*illo* ARR*untio* (M. Furio M. f. P. n. Camillo Arruntio Scriboniano), CN. DOM*itio* (Ahenobarbo) cos. a. 785 = 32; de his cf. Borghesium l. l.

Omnes tesseras gladiatorias anno 1835 notas sinceras aeque ac spurias collegit Cardinali, *Diplomi militari* p. 121 sqq., nn. 163—238. — De litteris SP et SPECT luculentissime disputavit Labusius, ad Morcelli *delle tessere degli spettacoli romani*, Milano 1827, not. XXI, et Bull. Inst. Arch. 1834, p. 231.

6166. MAIO ‖ PRINCIPI COLONIAE ‖ FELICITER ‖ DEDICATIoNE ‖ *therma*RVM · MVNERIS CN · ALLEI NIGIDI MAI ‖ · · · · VENATIO · ATHLETAE ‖ SPARSIONES · VELA · ERVNT — Pompeiis, inscriptio in muro picta. Guarini, *fasti duumvirali* p. 92.

6167. A · SVETTII · CERII [1]) ‖ AEDILIS · FAMILIA · GLADIATORIA · PVGNABIT ‖ POMPEIS · PR · K · IVNIAS · VENATIO · ET VELA ‖ ERVNT — et: FAMILIA · GLADIATORIA · ‖ VENATIO · ET · VELA — Ibd. in muro externo cryptae Eumachiae. *Museo Borbonico* vol. I, *Relazione degli scavi* p. 4.

1) CERTI?

6168. *gl*AD · PAR · X ‖ *popidi* RVFI · PVG · MALA ET *vela* ‖ *erunt* II NONAS A*priles* ‖ *spars* · ET VENATIO — Ibd. Guarini, Op. cit. p. 133, 11.

6169. M · FISTI · AMPLIATI ‖ FAMILIA · GLADIATORIA · PVGNA ‖ ITERVM ‖ PVGNA XVII · IVN · VENAT · VELA — Ibd. op. cit. p. 171, 2; cf. Avellino, *osservazioni sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti* p. 20:

6170. HIIC VIINATIO PVGNABIIT (sic) ‖ V K SIIPTIIMBRIIS ‖ eT FIILIX AD VRSOS PVGNABIIT (sic).

6171. *c · iulio · vero* ‖ *maximo* ‖ *nobilissimo caesari* ‖ *principi iuventutis* ‖ *germanico* ‖ *imp · caes · c · iuli* ‖ VERI · MAXIMINI ‖ PII · FEL · AVG · GERIIMANICI · FILIO ‖ D · D — In altero latere: EX · INDVLG · D̄ · N̄ ‖ M · ANT · GORDIANI ‖ PII · FEL · AVG ‖ EDENTE · M · MAMILIO ‖ EVTYCHIANO IIII · V · I · D ‖ THR · PINNESIS · S · V[1] ‖ DE · VAL · VALERIAN[2] NAT · RAET ‖ DOCET · FAVSTVS[3] — Bergomi. Aldini, nuovo ricoglitore CIV, a. 1833, p. 568; Labus, *Museo Bresciano illustr.* I, p. 184. Versus priores ipse restitui.

1) *Spectatus Victor*; Aldinius minus bene: *Superstes Victor*. De gladiatoribus spectatis et victoribus cf. quae adnotavi in explicatione musivi Borghesiani (Att. Acad. arch. pont. Romae, 1845), p. 36 et 80, et Or. 2570. 2) Ita Aldinius, cuius si scriptura vera est, explica: DE VAL*erii* VALERIANi, sc. familia. Minus certe laudo Labusii scripturam VALERIANO; sed utrius lectio vera sit, diiudicet, cui lapidem inspicere licet. 3) Faustus doctor Thraecum est, qui Pinnensem armis instituerat.

6172. CN · MAETIVS ‖ FELIX · LANISTA ‖ AVGVST — Neapoli. Grut. 333, 2; I. N. 2895, ubi v. cett.

6173. D · M ‖ ANICETO · PROV · SP[1] ‖ AEL · MARCION · DO-‖CTOR · ET · PRIMVS · B · M — Vidi Romae inter lapides Sartii c. m. v.

1) PROV*ocator* SP*ectatus*, nisi forte SP praenomen est Aelii Marcionis. In marmore repraesentatur gladiator scuto, gladio, ocreis instructus.

6174. D · M ‖ LYCO · LIB · MVR ‖ SCAEV ·[1] PVGNA · IIII ‖ FEC LONGINAS ‖ LIB · CONTRARETE[2] ‖ FRATRI · B · M — Romae. *Giorn. Arcad.* XXVIII, p. 345. — Hic insere n. 6189.

1) MVR*millo* SCAEV*a*, sc. qui sinistra manu telum gerebat. 2) Novum mihi quidem gladiatorum genus, quod cum retiariis fortasse committi solebat.

6175. GRATVS ‖ DOCTOR · MVRM ‖ V · A · XXVII — Ibd. l. l. et Card. *Dipl.* n. 613.

INCVLICE[1]

6176. D M ‖ SECVNDO PEGNIIARIO LVDI · MAGN ‖ BENE MERENTI · ‖ QVI VIXIT · ANNIS ‖ XC · VIIII · MENSIBVS ‖ VIII · DIEBVS · XVIII ‖ FAMILIA · L M ·[2] · FECE · · · · — Romae, in horreis Musei Vat. V. Mommsen et ego.

1) Vocabula *in culice* inter alterum et tertium inscriptionis versum minoribus litteris ita exarata sunt, ut post *pegniario* legenda esse videantur; quid significent nescio. 2) FAMILIA *Ludi Magni*.

6177. D M ‖ AVREL · SABINVS · AVGG · LIB ‖ PP HER·BARIARVM ·[1] ET ‖ APVLEIA · HERM · CON E ‖ III · SIBI FA·BRICA · C · · ‖ ET · I · I · · · · · · · · — Prope Romam ad Turrim Amarantianam. Exscr. Kellermann et misit Borghesio.

1) *PraePositus* herbariarum, quae ad spectacula amphitheatri destinatae orientalibus vel Africanis opponuntur; cf. Mur. 654, 1. [Nisi est *praepositus hereditatium variarum*, id est stationum complurium. Mommsen.]

6178. M · TITI · BAELIAN ‖ LIBERTI · ET · FAMIL ‖ VENATORIA ‖ Q · CLODIQ · Q · LIB ‖ FORTVITO · FIL ‖ Q · CLODIO · Q · LIB ‖ NYMPHIO · ET ‖ CLODIAE · Q · LIB ‖ PRIMIGENIAE ‖ AMICIS · BENE‖MERENTIBVS — *Monselice*. Grot. 334, 11, alii; corr. Forlanetto, *lap. pat.* n. CCIX. Cf. n. 7209.

6179. M · AVR · POLYNICES · NAT · VER‖NA · QVI · VIXIT · ANN · XXIX · MENS ‖ IX · DIEBVS · V · QVI VICIT PALMAS ‖ N · DCCXXXIX · SIC IN RVSSEO · N ‖ DCLV · IN PRASINO LV · IN VENE‖TO XII · IN ALBO N · XVII · PRAE‖MIA XXXX · N · III . XXX · XXVI · PV‖RA N · XI · OCTOIVG · N · VIII · DEC · N ‖ VIIII · SEIVG · 1) N III — et: M · AVR · MOLLICIVS · TATIANVS ‖ NATIONE VERNA QVI VIXIT ANN ‖ XX MENS · VIII · DIEBVS VII · QVI ‖ VIC · PALMAS N · CXXV · SIC IN RVS‖SEO LXXXVIIII · IN PRASINO XXIII ‖ IN VENETO N · V · IN ALBO N · VII ‖ PRAEMIA XXX · N II — Duplici inscriptioni Latinae prope Romam repertae sex versus Graeci dicuntur adiecti fuisse, ex quibus duos edidit Sirmondus ad Sidonium, p. 160: *θρέψε πάτρη Ῥώμη κλυτὸς ἡνίοχος Πολυνείκης ‖ υἷε δύο Μακάρων Τατιανόν τε κάσιν*. C. I. Gr. 6274.

1) Octoiuge, decemiuge, seiuge, sc. curru.

6180. D M ‖ M L AQVILIVS ‖ AGITATOR ‖ FAC CARAMANTINIE ‖ VIXIT ANNOS XXXV ‖ AGITAVIT ANN XII — Petropoli, all. ex Italia. Hand, antiquae inscriptiones Latinae, in progr. quodam universitatis Ienensis, a. 1849. Nomen hominis non bene descriptum esse patet. [Nisi titulus spurius est. Mommsen.]

6181. HABE · MARCE · DVLCIS · ‖ ADIVT PROC SVMMI CHOR ‖ MARCVS · PIISSIMO · PATRI — Romae ad D. Laurentii extra muros. Volpi, *villa di Vopisco* p. 180.

6182. D · M ‖ VLPIAE · SYNORIDI ‖ TERTIVS · AVG · LIB ‖ TABVLAR ‖ SVMMI · CHORAGI ‖ CONIVGI ‖ BENE · DE · SE ‖ MERITAE · FECIT — Romae, in Villa Altieriorum. V. Brunn.

6183. (*versus priores nunc desunt*) ‖ · · · · · · · · · · A TVSCIA SVAM · · · · · · · ‖ · · · · AVIT NEQIDEM AD ALIQVAM QAES (sic) · · · · · ‖ · · · IT OB LIBERALITATEM SVAM ETIAM · · · · · · · · ‖ · · · IN VRBE SACRA ADMINISTRANS ET PRO AMORE CIVICO FILIOS · EI*us* ‖ · *di*SCOLIVM ET APRONIANVM TABVLIS AERE INCISO*s* (?) · · · · ‖ · · · PLEBIS CIVICA PATRONOS COOPTARVNT EX QVIBVS · · · · · ‖ *prae*TORE AETRVRIAE XV · P · P · 1) DEDIT DISCOLIVM ET APRONIA*num* ‖ M · AETRVRIAE LVDOSAE DIDIT PARADOXIS EX VRBE ET DIV · · · ‖ · · · OS PER DECEN DIES AEPVLA ORDINIPVS PROPNAE ET CE · · · · ‖ · · · NIS DIEBVS DEDIT ET CIVITATIBVS EX SEN · · · · · · · · ‖ · · · OTIDEM ET ANNONAS ET CVM · · · · · · · · · · ‖ · · · VS · · · AXIS · · · · · · · · · · — Vettonae. Costanzo, S. Rofino, app. 140; comes Ioannes Carolus Conestabile Perosinus frustra mea caussa lapidem quaesivit.

1) quindecim populorum.

6184. D · M · ‖ POSITVS · EST · HIC · LEBVRNA ‖ MAGISTER · MIMARIORVM ‖ QVI · VIXIT · ANNOS · PLVS ‖ MINVS · CENTVM ‖ ALIQVOTIES · MORTVVS ‖ SVM · SET · SIC · NVNQVAM ‖ OPTO · VOS · AD · SVPEROS · BENE ‖ · · · IERAE [1]) — In Museo Pestensi. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 372; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47. Cf. 2631.

1) *valere*, corr. Kellerm. Bull. l. l.

6185. COLONIA [1]) ‖ P · PVBLILIVM ‖ INGENVVM ‖ COMOEDVM ‖ PROPTER SINGVLAREM ‖ ARTIS PRVDENTIAM ET ‖ MORVM PROBITATEM — Inter rudera Parii. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 152, 4.

1) Parium colonia ab Augusto deducta est; cf. n. 512.

6186. M · IVNIVS · M · F ‖ MAIOR ‖ ARCHIMIMVS ‖ APOLLINIS · PARASIT ‖ POSIT ‖ POSTVMIA · Ɔ · L · CHDALIA — Praeneste. Cecconi, *Storia di Palestrina* p. 76.

6187. FLVXA · AVT · SYRMATA · BACCHICI · COTVRNI ‖ HIC · PHOEBVS · FVIT · AC · SVPERBVS · EVHAN ‖ PLAVDE · ISTIS · POPVLARE · VOLGVS · VMBRIS · ‖ SI · SVM · DIGNVS · ADHVC · FAVOR*e* · VESTRO · ‖ SI · POST · PRAEMIA · RIXVLAS*Que* · *nos*TRAS · ‖ VT · TIRO · AC · RVDIS · IN · QVIETE · *Vivam* — Puteolis. Mommsen, I. N. 2913.

6188. · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ CAESARIS · LVSOR ‖ MVTVS · ARGVTVS · ‖ IMITATOR · ‖ TI · CAESARIS · AVGVSTI · QVI ‖ PRIMVM · INVENIT · CAVSIDICOS · IMITARI — Romae in columbario prope p. Latinam reperta. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 138. 10; Iahn, Specimen p. 38, n. 107; cf. p. 87 sq.

6189. · · · · RIO · M · L · I · · · ‖ *pri*MAE · RVDI · ET · CE · · · ‖ · · · · DIO · M · L · MEI · · · ‖ · · · · IO · SVO · H · · · ‖ · · · · R · EV · · · — V. Mommsen in R. Museo Borbonico. Titulum male hoc loco propositum refer ad n. 6174.

CAPVT VII.

MATRIMONIVM.

N. 2655; pro AE scr. E; cf. Cavedoni, *Marmi Mod.* X, p. 160.

N. 2672, spurios; Mommsen, I. N. 61*.

N. 2673, not. 2. expl. *Marciae libertae*; cf. ad n. 2730.

N. 2686, v. 2. AED . PRAET; v. 3. ALIMENTOR; v. 4. LVCRETIANAE; v. 8. INFELICISSIMI; v. 9. PIISSIMIS ‖ FECERVNT; Mommsen, I. N. 1894.

N. 2695; cf. 2731.

N. 2702 = 2377.

6190. PLOTIAE · M · F ‖ PRIMAE · AN‖NORVM · NATA ‖ XIII · NVPTA ‖ FVIT · DIES · C · ‖ M · PLOTIVS · C · F · ‖ PATER · EGNATIA ‖ M · F · MATER ‖ POSVERVNT — Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 25.

6191. IVLIAE MAIORI ‖ SPONSAE AC MARI‖TE KARISSIME ‖ P OCTAVIVS LAE‖TVS FL AVGGG ‖ PP [1]) FECIT — Sitifi. Exscr. de Grabow.

1) *FLamen AVGustorum trium (sc. Severi, Caracalli, Getae) PerPetuus.*

6192. *m*VRRICIA ‖ FAVSTI · L ‖ PRIMIGENIA · DEC · ANN · XV ‖ QVO · DIE · VIRGO · NVBS*it* ‖ EODEM · DIE · POST · ANNVM ‖ SEPVLTA · EST ‖ FAVSTVS · PATRONVS — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 305, 36.

6193. LOC ‖ SEPVLTVRAE ‖ C · DINILLENI VAL‖ENTIS ET VXORIBVS ‖ CONCVBINISQVE ‖ · · · · · · · · · — Fani. Amiani, n. 55.

6194. SAMIARIA · L · L · HYPORA ‖ HIC · SITA · QVAE · FVERAT · SAMIARIA ‖ DVLCIS · HYPORA · CARA · SVO · CONIVX ‖ ET · PROBA · DIGNA · VIRO ‖ M . METILIVS · M · L · CHAEREA · VIR — In columbario in V. Nomentana reperto. *Giorn. Arc.* 1822, XIII, p. 116.

6195. V · F ‖ VECCO MOCC‖ONIS · F · SIBI · ET · TVTI‖LIAE · VECCATI · F . VX‖ORI · ET · FRONTO‖NI · F · ET · CRACCAE ‖ LIVONIS · F · VXO‖RI · ET · MASCIO · F ‖ ET · PRIMAE · OC‖TAVI · F · VXORI · ET ‖ SEXTO · F — *Creolae* in Gallia Cisalpina. Labus, *via del Sempione* p. 20.

6196. *deci*MIAE · L · L ‖ *li*BERALI ‖ *ti* · *c*LAVDIVS ‖ *au*GVSTI LIB ‖ *phi*LOLOGVS ‖ · · · LIS · VXORI ‖ · · · NOREM — M ·

AEMILIO ‖ LEPIDI · LIB ‖ FELICI ‖ NOMENCLATORI ‖ VIRO PRIORI ‖ DECIMIAE · L · L ‖ LIBERALIS — Romae, in Mus. Vat. Iahn, Specimen p. 93.

6197. D · M ‖ PRIMAE ‖ DIGNA · FVI · MERITO ‖ MEO · RARA · SODALI ‖ VNVS · AMOR · MANST ‖ PAR · QVOQVE · VITA ‖ FIDELIS · SI · DOLVT · ALQVT ‖ ME QVOQVE · IVNXI · DOLLORI · PAR · FVI · DVM · POTVI ‖ DVLCIS · VALE ‖ KARE · SODALIS ‖ VIXIT · ANN · XXI · M · II · D · XX ‖ CHRESTVS ‖ B · M — Faventiae exscr. Mommsen.

6198. SATIMBIA · MARCIANA · I · L · II [1] ‖ DONAVIT ‖ AELIAE · CASSIAE ‖ ITV · AMBITV · ET ‖ POSTERI·SQ · EORVM — Romae in V. Appia. *Effem. lett. di Roma* t. VII, p. 344; Labus, *monumenti scoperti in Brescia* p. 61.

1) Ius *Liberorum Habens.*

6199. D · HAVET · M ‖ HEL · COMMO‖DE · CONIVG ‖ KAR · IVTRI[1]‖CI · OPTIM ‖ HEL · SABINI‖ANVS · B · M · F — Atinae. Mommsen, I. N. 257.

1) „Sic"; corr. *nutrici.* [Imo explica *adiutrici.* MOMMSEN.]

6200. D M ‖ C SORNOIC*ni* ‖ MAIORIS VIX*it* ‖ M SEX · D · XXII ‖ ORAS VIIII ‖ MONTANVS ET ‖ SORTITA PATRES — Arimini. *Novelle Fiorent.* XVIII, p. 73; Tonini, *Rimini* p. 318, n. 68.

6201. C · VENSIVS · C · F · ‖ CAESIA · NATVS [1] — Clusii. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 49.

1) De more Etruscorum, quo matris nomen in monumentis proponebant, cf. Or. 4703; Bull. Inst. Arch. 1844, p. 163.

6202. SETIVS · FVNDANVS · NVTRIVIT NATOS DVO IN PRIMA ‖ AETATE EX GERMANA CONIVGA · IN STVDIISQ · MISIT · ET ‖ HONORES · TRIBVIT · POST TANTOS · SVMPTVS N FRVITVS NE‖MINE FVNERAVIT · NATOS ET HANC · COEPIT OPERA · SENEC · LA‖BORANS · HAEC PERFEC OMNIA · V · A [1] GERMANA ‖ CONIVNX · V · A · LXXX SORORIS CONIVGIS OR‖NAVIT · MEMORIA · GAETVLIA · PRIM · V · A · LXXX · VALEAS · VIATOR · LECTOR · MEIS CARMINIS — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* p. 12.

1) Annorum numerus post mortem eius, qui monumentum fecit, adiungi debebat.

6203. D · M ‖ SABINIANA FECIT ‖ PARENTI · NATVRALI · SVO ‖ HERMETI · BENE ME‖RENTI — In R. Mus. Neap. ex Mus. Borgiano allatus. Mommsen, I. N. 7089.

6204. C · BETVINVS ‖ SPVRIVS [1] ‖ L · ASINIVS · L · L ‖ ALNXSAN · · · [2] ‖ BETVINA · C · SECVNDA — Prope *Nesce* in Aequicolis. Ann. Inst. Arch. 1834, p. 118; Mommsen, I. N. 5717.

1) Nota cognomen *Spurii.* — De praenomine *Spurii* cf. nunc Labus, *Marmi Bresciani*, p. 62, qui exempla quoque attulit praenominis illius pro nomine gentilicio usurpati. 2) Nota orthographiam Etruscam nominis Alexandri. [Corrige ALHXSAN*der*. MOMMSEN.]

6205. DIS · MAN ‖ L · VITORIO (sic) ‖ FORTVNATO ‖ VIXIT · A · XIII ‖ MENS · VIII ‖ VITORIA · BR‖SEIS · MATER- ‖ TERA · ET · P ‖ TAMVLLIVS ‖ EROS · TATA ‖ ET · SIBI · FEC ‖ IN F · PED · XII ‖ IN · AGR · P · XVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 1021.

6206. D M ‖ AVRELIVS FESTVS FVRCIAE ‖ FLAVIAE · FILIASTRAE · BENE‖MERENTI · ET DOMINE · ET PA‖TRONAE · QVAM DIVS VIVO CO‖LO TE POST MORTE NESCIO PARCE ‖ MATREM TVAM ET PATREM ET SORO‖REM TVAM MARINAM VT POSSINT TIBI FACERE ‖ POST ME SOLLEMNIA — Romae in Villa Pamfilia. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 209.

6207. D · M ‖ CLAVDIAE SATVRNINAE ‖ FILIASTRAE · FLAVI · PROCVLI ‖ ET · CLAVDIAE · SYNTYCHES ‖ FAVSTVS VERNA · ET · LIB · MAM‖MAE · SVAE · ET · CASTOR CAES · N̄ ‖ SERVVS · VERNA · CONIVGI · OPTI‖MAE BENEMERENTI Romae. Vidit Borghesi.

Ad nn. 2698 et 2699 cf. titulos seqoentes:

6208. C · OBELLIVS · M · F · VIVVS · FECIT ‖ SIBEI · ET · MEVIAE · VXORI ‖ OBELLIA · L · Ɔ · HIC · SITA · EST — Prope *Vinchiaturo* agri Bovianensis. Mommsen, I. N. 4994.

6209. D . M · S ‖ AEMILIA · ‖ CORNELIA G · F · ‖ SCRIBONIA · ‖ MAXIMA · C · P ·[1] ‖ VIXIT · DIEBVS · ‖ XLV — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. p. 41, nota ad n. 70.

1) *Clarissima Puella*, l. l., qui titulus in alia quadam inscriptione C Ɔ scribitur:

6210. GLAVCOPI · VENERI ‖ GELLIAE ‖ AGRIPPIANE ‖ C · Ɔ ‖ AVRELIA · SOTERIS ‖ ET · MVSSIVS ‖ CHRYSONICVS ‖ NVTRITORES ‖ LACTANEI — Romae. Maffei, M. V. 293, 1; corr. Kellerm. l. l.

6211.

. . . . . . *s*ACERD · PVBLIC · VENER
et · cereris ? *h*VIC · MATRONAE · STATVAM
*ex · aere · coll*ATO · [1]) IN · AEDEM · VENERIS
*ponendam cu*RAVERVNT HVIC
*decuriones p*VBLICE · LOCVM · SEPVLTVRAE · ET
impensas funer · iis . . . ET · STATVAM · DECREVERVNT

L · CORNELIO · L · F · MEN · M . . . .
FLAMINI · ROMAE · TI · *Caes · aug*
AVGVRI · AED · $\overline{II}$ · VIR · QV*inquenn*
PRAEF · FABR · BIS · HIC · TOGAE · VIR*ilis · die*
CRVSTVLVM · ET · MVLSVM · POPVLO · *dedit*
AEDILITATE SPECTACVLVM · GLADIA*tor · et* [2])
CIRCENSIVM · EDIDIT · OB · HONOR*em · iivir*
DECVRIONIB · MAGNAM · CENAM · D*edit · quin*
QVENNALITATE · SVA · LVDOS · SPL*end · edidit*
HVIC · DECVRION · PVBLICE · LOCVM *sep · et · impensas*
FVNER · HS L · ET · STATVAM *decreverunt*

— Surrenti. Reines. VI, 32; Donat. 243, 2 cett. partem tituli male ediderunt; corr. Mommsen, I. N. 2123, et p. XXIII in Corrigendis. V. ipse.

1) *loco decr . dec . d*ATO, M. 2) M. omisit *et*, coniungens *gladiatorum Circensium*; minus bene, opinor.

CAPVT VIII.

NOMINVM RATIO APVD ROMANOS.

Quamquam tria nomina et praenomen patris et tribus ingenuorum propria esse solent, bene tamen tempora distinguenda sunt; liberae enim rei publicae aetate multis hominibus duo tantum nomina, sc. praenomen et nomen gentilicium fuisse, et historia docet et lapides demonstrant, quorum qui duo solum nomina exhibent cognomine non adiuncto, vel ante Augustum vel sub eius certe imperio exarati esse creduntur. Eo enim tempore mos ille vetustus, quo filii familias praenominibus distinguebantur, paullatim desiit, ita ut eodem nonnunquam praenomine omnes fratres uterentur; quapropter cognominibus opus erat, quibus distingui possent (cf. Borghesi, *lapida Grateriana*, Att. Accd. Taur. XXXVIII, p. 27). Agnomina vero, quae liberae rei publicae aetate raro nec nisi ob victorias, ob adoptionem vel propter facetias popularium civibus indebantur, imperatorum tempore valde usitata erant multasque ob caussas assumebantur, ita ut non modo matris vel avorum nomina homines alerentur, sed heredes saepe omnia eius, cuius bona acceperant, reciperent nomina. Praeterea Graeci illi et Asiatici, qui sub imperatoribus Romam confluxerunt, nomina quidem Romana assumsecunt, quibus in actis potissimum publicis utebantur, et si forte magistratibus Romanis fungebantur, nihilo tamen minus patria quoque nomina retinere solebant. Cuius rei exempla luculentissima videsis apud Borghesium l. l. p. 39 sqq. Hic nominasse sufficiat virum celeberrimum Ti. Claudium Atticum Herodem cos. anni 143, ita quidem appellatum in inscriptionibus C. I. Gr. 332 et 1883; Marat. 327, 7; Fabr. 156, 251; Gent. 943, 1. Herodem autem Atticum a scriptoribus dictum, qui in fastis consularibus solo Attici nomine inscriptus erat, ut inscriptionibus Mar. Arv. p. 324 et 333, Mur. 327, 6 et 2050, 2, C. I. Gr. 1077 aliaque quadam inedita idem comprobavit Borghesius. His igitur de caussis πολυωνυμία illa orta est, cuius plura exempla Orellius attulit (2759 sqq.). In tot autem nominibus sine ulla regula dispositis saepe valde difficile est hominis alicuius originem veramque indagare familiam, quum ne illud quidem recte vv. dd. proposuerint, nomen, quo praecipuo quasi quodam et *diacritico* homines usi sint, in fine positum esse; promiscue enim quum nomina, tum cognomina et collocata et usurpata esse multis exemplis Borghesius confirmavit (l. l.).

6353. DIS · MANIB ‖ TI · CLAVDIVS · EPICTETVS · PRAEPOSIT ‖ SPECLARIARIOR · DOMVS · PALATINAR [1] ‖ ET · CLAVDIA · APHROSIA · COIVNX · EIVS ‖ CLAVDIO · SERVANDO · FIL · FECERVNT ‖ VIXIT · ANN · XVII · MENS · III ‖ ITEM · LIB · LIBERTABVSQ · POSTERISQ EORV ‖ QVOD · SI · DESIERINT · TVM · DISCENTIBVS · [2] SPECLARIARIS · DOMVS ‖ PALATINARVM — Romae, in horreis Mus. Vat. Vidimus Mommsen et ego.

1) Cf. titulum ex apographo Borghesii a Furlanetto, Lex. Forcell. s. v. *specularius* propositum: D . M . TI . CLAVDIO . SYMMACHO AVG . LIB . SPECLARIARIO . DOMVS . PALATINARVM . FECIT . EPICTETVS . NVTRICIO . SVO . VIXIT . ANNIS . LXXXII . 2) Cf. ad 4147.

6354. FRONTONI ‖ AVG · SER ‖ STRVCTOR — Surrenti. Mommsen, I. N. 2137.

6355. SILVANO AVGVSTO ‖ M · AEMILIVS ‖ LAETVS ‖ V [1] STVDIIS ‖ AVGVSTI ‖ DICAVIT — Lugduni. Caumont, *Bulletin monum.* 2e *série*, II, p. 256.

1) Corr. A, ut 719; cf. tit. sequentem:

6356. L · VIBIO FORTVNATO · L · · · · ‖ HARVSPICI · AVG · N · MAGISTRO ‖ A STVDIIS · PROC · DVCENARIO ‖ STATIONIS · HEREDITATIVM — Calibus. Mommsen, I. N. 3948.

6357. D · M ‖ IVSTINVS CAESA*ris* ‖ VERNA · SVBSEQVES ‖ LIBRARIORVM [1] ‖ VIX · ANIS · XV ‖ TERTIVS VERNA ‖ VALDENIO [2] PIENTISSIMO ‖ B M P — *Zalathna* Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 183.

1) Meoas *eubsequentis librariorum*, si re vera in tapide legitor, fortasse eum *secutore* in rebas militaribas obvio compönere licel. 2) Nescio, qaid sit VALDENIO; sed de lectione dubito.

6358. DIS MANIBVS ‖ TVRIAE · SATVRNINAE ‖ SORANAE ‖ LIBERTAE · FECIT ‖ PLACIDVS ‖ IMP · DOMITIANI · AVG ‖ TABELLARIVS ‖ CONIVGI · OPTIMAE ‖ ET · PIENTISSIMAE — Romae. V. Mommsen.

6359. HOC CEPOTAPHIVM AV*r* ‖ INACHI AVG LIB OPTIO*n* ‖ TABELL·A·RIORVM CTA*t* ‖ PATRIMONI Ɐ AVRELIAE ‖ MACARIAN·ETI C · ET ‖ AVRELIAE · RODOGYNE ‖ ET LIB·B · LIBERTABV*s*‖QVAE POCTERICQ · ‖ EORVM[1]) — Ad eosdem alter titulus pertinet: *aurelias · maca*‖RIANETI · CON*iu*GI ‖ DVLCISSIMAE · ‖ QVAE · VIXIT · ANNIS ‖ XXVII · M · VI · DIEB · XVIII ‖ HORAS · VI ‖ INACHVS · COIVGI · ‖ BENEMERENTI · ‖ MACARIANE · DVLCIS — In V. Appia. Annal. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 11.

1) Nota titteras S at C eadem forma repraeseotatas [nempe a lapicida Graeco, Mommsen].

6360. D · M ‖ BLASTVS · AVG · LIB · TABVL‖ARIVS · FAECIT · AEDICLAS · ‖ TRES · INTRANTIBVS · DEXT‖ERIORE · PARTE · PARIE‖TE · IVNCTAS · DVAS · ET · TERTI‖AM · IN · QVA · TITVLVS · FIXVS · EST · SIBI · ET ‖ SVIS · L · LIBERTABVSQV · POSTERISQV · ‖ EORVM — Romae. Iahn, Specimen, p. 36, n. 90.

6361. EX · DOMO · CAESARVM ‖ LIBERTORVM · ET ‖ SERVORVM · COT · EST ‖ COLLEGI ‖ TABERNACVLARIORVM — Romae. Grut. 642, 1; nunc in R. Museo Neap., ubi v. et corr. Mommsen, I. N. 6912.

6362. D · M ‖ AVR · BASILEO ‖ AVG · LIB · VLPIA ‖ PRIMA · COIV‖GI · B · M · FECIT ‖ P P · A · TABERNA‖CLA[1]) · · · — Romae, in colnmbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina; ipsi mihi exscribere non licebat.

1) *PraePositus*, credo, A TABERNACLA, nisi *a tabernaclariis* [vel *ad tabernacla* Mommsen.] praeferendam censes.

6363. EGO · SVM · L · LVTATIVS · PACCIVS ‖ THVRARIVS · DE · FAMILIA ‖ REGE · MITHREDATIS[1]) — Romae. Iahn, Specimen p. 27, n. 23.

1) Fortasse rex ille Bosporanus, qui Claudio imperante deditus Romamque missus est, Tac. Ann. 12, 21. — *Thurarios* inter officia domestica fuisse hoc titulo patet, confirmaturque monumento satis antiquo nuper in Via Appia effosso:

6364. C · P · P · TREB*oni*ORVM · P · P · C · / ‖ TVRARIE*is* · ET · LIBERTEIS ‖ P · TREBONIVS · · · L · NICOSTRATS (sic) ‖ M · C · P · L · MALCHIO ‖ D · C · L · OLOPANTVS ‖ M · C · P · L · MACEDO ‖ A · C · P · L · ALEXANDER ‖ TREBONIA · C · P · L · IRENA ‖ TREBONIA · C · P · L · AMMIA[1]) — Ann. Inst. Arch. 1852, p. 310, n. 1.

1) Vetustatem monamenti et nominativas plur. decl. 2. in *eis* desinens et libertorum praenomina a patronorum diversa satis indicant. [Litterae quattuor singulares vv. 4. 5. 6. 7 praefixae non praenomina, sed hoc efficiunt: *Monumento Dolus Malus Abesto.* Mommsen.] *Trebonii* nomen in celeris libertis post Nicostratum commemoratis a

quadratario brevitatis caussa omissum est. — Propter formam nominativi in *eis* hanc quoque inscriptionem afferre liceat eodem loco repertam:

6365. . . . . ‖ SEX · L· HILARA ‖ SEX · TREBONI‖VS · SEX · L · ‖ TRVPHO TVRA‖REIS · IN AGRO · ‖ P XX · INFR · P XXIIX — l. l.

6366. CHARITO · TI · CLAVDI · ‖ CAESARIS · AVGVSTI · ‖ TOPIARIVS · SIBI · ET · SVIS — Surrenti. Mommsen, I. N. 2132.

6367. DIS MANIBVS ‖ T · FLAVI AVG · L · FORTVNATI ‖ CAES · N̄ · TRICLINARII ‖ EX · DEC · III ‖ ATTIA · CORNELIA · FILIA ‖ CALAMITOSA PATRI KARISSIMO ‖ BENEMERENTI ‖ MVLTIS CVM LACRVMIS ‖ FECIT MEM — Albani. Zaccaria, Excursus I, p. 362.

6368. D · M · ‖ AELIAE CHRY‖SEIDI · AELI ‖ EILIAE [1]) CAS‖TISSIMAE ‖ FEMINAE ‖ M · COCCEIVS ‖ STEPHANVS ‖ TR [2]) AVGC (sic) ‖ CONIVGI ‖ B M E (sic) — In R. Museo Neap. v. Mommsen, I. N. 2656.

1) „sic" M.; l. FILIAE. 2) M., *trierarchum Augusti Caesaris* se repperisse ratus, ad classem Misenatem titulum refert; sed novus certe *trierarchus Augusti*. Unde pro *tricliniarcha Augustorum* hominem habeo, quem libertini generis fuisse nomen demonstrat Cocceii ab imperatore N rva deducendum.

6369. CELADIO · TI · CAESARIS · AVG ‖ SER · VNCTOR · [1]) GERMANICIAN ‖ PVDENS · TI · CAESARIS · AVG ‖ PEDISEQVS — Romae, in columbario prope Portam Latinam rep. Iahn, Specimen p. 25, 11.

1) *Praepositus unctorum* est in n. 6382.

6370. C · IVLIO · CHRYSANTO ‖ ET · P · AELIVS · AVG · LIB · EVTYCHVS · PRAEPOSITVS · VELARIS ‖ CASTRENSIBVS · FECIT · ET · SIBI · ET · SVIS · POSTERISQ · EORVM — Romae, in columbario nuper prope portam D. Sebastiani effosso. Ded. Desjardins v. cl. Ipse vidi, sed non licebat exscribere.

6371. ALEXANDER ‖ AVGG · SER · FECT ‖ SE BIVO · MARCO · FILIO ‖ DVLCISIMO (sic) · CAPVTA‖FRICESI · [1]) QVI · DEPVTA‖BATVR INTER BESTITO‖RES · [2]) QVI · VIXIT · AN·NIS ‖ XVIII · MENSIBV · VIIII ‖ DIEBV · V · PETO A BOBIS ‖ FRATRES · BONI · PER ‖ VNVM · DEVM · NE · QVIS ‖ VII · TITE·LO Mo*lestet* ‖ POST MO*rtem meam* — Rep. in suburbano Romano, cui nomen *Pariolae* est, ubi coemeterium D. Hermetis fuit. Act. Acad. Pont. Arch. VI, p. 43.

1) Cf. 2685. 2) = *vestitores*.

6372. IACET HIC MAVRA CON‖IVX BONIFATI A VESTE ‖ SACRA [1]) OVAE RREC (sic) ‖ ECESS ☧ IT IN RAC ‖ ET TVI [2]) SECVM AN‖NOS XX — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 75, n. 167.

1) sc. *imperatoris*, nisi potius ad cultum christianorum spectat. 2) *quae recessit in pace et tulit* cet.

6373. CHRYSAPSIS ‖ AGRIPPINAE · SVPRA VESTE — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina.

6374. ANTEROS · TI · CAESARIS ‖ CISTARIVS · A · VESTE · FOREN ‖ VIXIT · ANN · XXV — Ibd. id.

6375. · · VLIVS · AVG · ET · AVG · L. ‖ · · · ERETVS · PATERNVS · · · ‖ VESTA · CASTRENSIS[1]) — Ibd. id.

1) Corr. *a veste castrensi*, vel *praepositus vestis castrensis*.

6376. M · COCCEIVS · AVG · LIB · AMBROSIVS · PRAEPO-‖ SITVS · VESTIS · ALBAE · TRIVMPHALIS cet. legitur in titulo in porticu S. Mariae Transtiberinae exstanti, Mur. 2043, I.

6377. FRASINVS · [1]) CAES ‖ N · SER · ADIVTOR · A ‖ VI-NIS · CLAVDIAE · PHIALE · CONIVGI · SV‖AE · BENEMERENTI ‖ FECIT — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Iahn, Specimen p. 39, n. 121.

1) Corr. ERASINVS.

6378. P · AELIO · AVG · LIB ‖ SECVNDO · FECIT ‖ T · AELIVS · AVG · LIB ‖ EVTYCHVS ADIVTOR ‖ A VINIS ,ET SIBI · LIB ‖ LIBERTABVSQVE ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM — Romae, in villa Casaliorum. l. l. p. 91.

Libertorum nomina ita orta esse constat, ut praenomen quidem et nomen gentilicium patronorum manu missi assumerent, nomen autem, quo unico antea servi usi erant, iam cognomen evaderet. Et haec quidem ratio posteriore imperatorum aetate ita valebat, ut vix ullum rationis diversae exemplum reperiri credam. Temporibus tamen prioribus non solum cognomina patronorum nonnunquam pro nominibus a libertis assumebantur (cf. quae antea sub n. 6247, 3 exposui), sed ab ipso etiam patrono, ut amico cuidam suam ostenderet sive reverentiam sive amicitiam, huius nomen gentilicium manu misso interdum indebatur. De qua re nuper Borghesius disputavit hanc inscriptionem in Via Appia effossam publici iuris faciens:

6379. L · VALERIVS · M · F · OVF · GIDDO ‖ L · CALPVRNIVS · M · L · MENOPHIL ‖ VALERIANVS ‖ VALERIA · L · L · TRVPHERA — *Memoria sullo scavo della Via Appia fatto nel* 1851 *di Agostino Iacobini, appendice* n. I; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 307 et n. 16, p. 312.

L. Calpurnium M. l. Menophilum Valerianum manu missum esse docet a M. Valerio L. Giddonis patre, qui ob memoriam Lucii cuiusdam Calpurnii praenomine et nomine eius libertum ornaverit; hunc ad verum patronum indicandum Marci libertum sese appellasse adiuncto agnomine Valeriani, quo servos eum declarasse scimus, in cuius manu primum fuerant. Eadem ratione Cicero, quum Dionysium servum manu misisset, ut amicum Atticum honoraret, Pomponium eum appellavit (cf. Ep. ad Att. IV, 15), retento tamen Marci praenomine. — Saepius praenomina libertorum a patronorum diversa in monumentis leguntur, cuius rei praeter titulum antiquissimum antea (n. 6364) allatum pauca exempla proponere liceat (cf. n. 5683):

6380. ACCHAVA · M · L ‖ APPIA · SIBI · ET ‖ L · ACCHAVONI ‖ M · L · STABILIONI ‖ VIRO · SVO · ET · LIBIRTS[1] ‖ SIB · ET · LIBERTABVS ‖ · · AQ ·[2] P · VII — Romae, in horreis Vaticanis. Exscr. Mommsen.

1) Ita legere sibi videbatur M. 2) Num *in ag*(ro)? [Imo QVAQ*uaversum*. MOMMSEN.]

6381. C · ARRIO · N · L ‖ RVFIONI ‖ IN · FRON · P · XII ‖ IN · AGR · P · XV — Aeclani. Mommsen, I. N. 1179.

6382. C · CAIACIVS ‖ Q · L ‖ THEOPHILVS — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani detecto. Jahn, Spec. p. 43, n. 163.

6383. L · CECIVS ‖ C · L ‖ AVCTVS — Ibd. l. l. p. 33, n. 54.

6384. C · HORDEONI · M · L ‖ CAVSA ‖ C · SEPVLLI · C · L ‖ ABDAES ‖ HORDIONIA · C · L · ‖ MARTA ‖ IN · F · P · XII ‖ IN · AG · P · XV — Romae, in Villa Altieria. l. l. p. 138.

6385. C · RABIRIVS · POST · L[1] RABIRIA VSIA · PRIMA · SAC·
HERMODORVS DEMARIS ISIDIS

Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 29.

1) POST*umi* L*ibertus*; cf. n. 6221.

Semper autem praenomen liberti a patroni diversum indicium est aetatis satis antiquae.

6386. Feminarum libertis praenomen indebatur patris patronae; cuius rei quum plurima exempla sponte se offerant, commemorasse sufficiat M . LIVIVM · AVG*ustae* L · ISMARVM, M · LIVIVM · AVG*ustae* · L · ANTEROTEM, M · LIVIVM · AVGVSTAE · L · MENANDRVM, cet., libertos omnes Liviae Augusti (cf. Bianchini, *Iscrizioni de' liberti della casa di Augusto*, et Murat. p. 909); M · ANTONIVM · PANEROTIS · AVG*ustae* · L*iberti* · L*ibertum* AMETHYSTVM (Mar. Arv. p. 631), manu missum a liberto Antoniae Drusi, M. Antonii triumviri filiae, quam Caligula Augustam nominaverat; L · VIBIVM · AVG*ustae* · L · FLORVM, de quo antea locuti sumus (cf. n. 5460). Sin autem nomen gentilicium patris diversum erat a nomine filiae, huius liberti praenomine quidem illius utebantur, sed nomine filiae. Sic T · IVLIVS · AVG · L · NICEPHOR (Grut. 686, 3) et T · IVLIVS · AVG · L · MNESTER (Mur. 1008, 4) liberti sunt Iuliae Augustae Titi filiae, id quod alius quidam T · IVLIVS · AVG · L · · · · · (Grut. 101, 5) ipse testatur unum ex libertis DOM*us* AVGVST*ae* IMP · CAES · TITI · DIVI · VESPASIANI · F · AVG se esse praedicans. — Habemus quidem Poppaeae Augustae libertum Gaii praenomine ornatum, quum patrem eius T. Ollium fuisse constet (Tac. Ann. XIII, 45):

6387. C · POPPAEI · AVG · L · HERMETIS — In fistulis plumbeis Baiis repertis. Bull. Inst. Arch. 1838, 78; Mommsen, I. N. 2643. *sed nomen avi materni sumpserat* (Poppaea), *illustri memoria Poppaei Sabini, consulari et triumphali decore praefulgentis; nam Ollium honoribus nondum functum amicitia Seiani pervertit* (Tac. l. l.). (Cf. Bull. Inst 1838, p. 78 sq.)

6388. De agnominibus sive servorum sive libertorum in *anus* desinentibus cf. ad n. 6248; de tribu libertorum ad n. 3105.

6389. L · ET · C · ET · SEX ‖ VALERIORVM ‖ L · SERVANDVS ‖ ANNO · XX · H ‖ S · E · PATRONI · PRO ‖ MERITIS · POSVERVNT · SERVITVS · MIHI · NVNQVA · INVIDA · FVISTI ‖ LIBERTATEN (sic) MISERO ‖ MORS · ABSTVLIT ‖ INIQVA — Rep. in loco *Zahlbach*, nunc Mogontiaci. Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 510. Versus primus interiit.

6390. M · IIGNATIVS · M · L · LVCVLLVS ‖ PR · NOVNAS · IANVARIAS ‖ IMP · CAESARII · AVGVSTO XII L CORNIILIO SVLLA CoS[1] ‖ MANVMISSVS IIODIIMQVII DIII DIICIISSIT CARVS AMICIS ‖ ANNORVM · NATVS · XXXI — In operculo plumbeo sepulcri, in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 3095.

1) A. 749 = 5 a Chr.

6390a. ANTESTIA · MELITINE ‖ VETERIS · L · LIBERTATEM · SVAM ‖ FRVNITA · EST · ANNOS · II · MESE ‖ VI · VIXIT · ANNOS · XX · — Amiterni. V. Brunn.

6391. D · OTACILIVS · FELIX · FECIT · SIBI · ET ‖ OTACILIAE · HILARAE · COLLIBERTAE ‖ D · OTACILIO · HILARO · L ‖ D · OTACILIO · EVDOXO · L · IN CONSILIO MANVMISSO[1] ‖ LYRIAE · MVSAE · VXORI ‖ CETERIS · LIBERTIS · LIBERTABVSQVE · MEIS ‖ OMNIBVS · POSTERISQVE · EORVM · PRAETER ‖ QVOS · TESTAMENTO · MEO · PRAETERIERO ‖ INFRONT P XXX INAGR P XXV — Rep. Ostiis, nunc in horreis Musei Vaticani. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, 3, p. 368.

1) Consilium est lege Aelia Sentia institutum; l. l.

6392. M ORFIO M F FAL · ‖ RVFA · DIANAES · ‖ L · Ɔ ·[1] SIBI · ET CONIVGI ‖ SVVO · FECIT — Capuae tribuit Mommsen, I. N. 3789, qui vidit in R. Mus. Neap. — Minus recte apud. Mur. 1384, 5.

1) DIANAES (Tifatinae) *Liberta* (M. Orfii) *coniux*, M. recte; cf. n. 6119. Brunnius tamen, qui nuper monumentum contulit, notam Ɔ omisit.

6393. V · IDVS · DEC ‖ D · M ‖ C · MODESTI · THESEI ‖ P · CL · TRIVM · GALLIAR · ‖ LIB ·[1] ABASCANTVS ‖ ALVMNO · DVLCISSIMO ‖ QVI · VIXIT · AN · VIII ‖ MENS · V · DIEB · XVIIII — Romae. Amatius misit Borghesio.

1) P. CL*audius* TRIVM . GALLIAR*um* LIB*ertus*.

6394. AECLANIVS ‖ MAXIMIANVS ‖ AECLANIA · MARCELLA · COMMVNI · LABORE · SIBI FECERVNT[1] — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1837, p. 20; Mommsen, I. N. 1166.

1) Ipsi vel maiores eorum coloniae Aeclanensis liberti.

6395. C · CAMPANIO ‖ COL · LIB ‖ VRSVLO · LVPVLVS ‖ COL · CAPVAE · ARCAR · ‖ AMICO · OPTIMO — *S. Maria di Capua*, quae est Capua vetus. I. N. 3683.

6396. D · M ‖ POLLENTIAE ‖ PROCESSAE ‖ COL · POL · LIB ‖ VALERIANVS ‖ SVMMARVM ‖ DISPENSAT ‖ COLLIBERTÆ ‖ RARISSIMÆ ‖ POSVIT — Polae. *Istria* VI, p. 137.

6397. Q · PVBLICIO · TERGESTE · L ‖ FELICI · SEPTVMIA · SP · F ‖ SEXTA · Q · PVBLICIVS ‖ FELICIS · L · INGENVVS · V · F — Tergeste. *Istria* II, p. 42.

6398. VIV ‖ M · PVBLICI ‖ COLONIAE · L ‖ PHILODAMI · ET · PRIMAE · L · ET · S — Venafri. Mur. 1120, 6; Mommsen, I. N. 4703.

6399. CLAVDIA ‖ SVAVIS COLONOR ‖ LIB · [1]) HIC ADQ*uiescit* ‖ ANN XXIIX · FLACCVS CONI ‖ PIISSVMAE — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* XII, 5, p. 474.

1) Hinc *Claudiae* nomen inter tal coloniae Lugdunensis cognomina primarium fuisse patet.

6400. SEX · VENAFRANI ‖ COL · L · PRIMOGENI ‖ SIBI · ET · SVIS ‖ Q · VENAFRANIO · COL · L ‖ FELICI · SIBI · ET · SVIS ‖ IN · FRON P · XII ‖ IN · AGRO P · XII — Mommsen, I. N. 4722.

6401. · · · · · · *potenti*NVS · DEC · LIB · [1]) DIGNVS ‖ *ob ho*NOREM · BISELLI · ET · AVG ‖ · · · · · DICAM · MORE · DEDIT · SINGVL ‖ *dec* · *iis* · · · AVG · HS · XII · POPVLO · *ii*S · · · ‖ · · · · LIVS · AVGVSTVS [2]) · · · · · — Potentiae. Mur. 523, 1; corr. I. N. 381, ubi v. ceteros.

1) DEC*urionum* LIB*ertus*. 2) Cognomen, ut videtur, corruptum.

6402. DIS · MANIBVS ‖ SENATIAE FLORAE ‖ SENATIVS · NEPHON [1]) ‖ CONIVGI ‖ OPTVMAE — Tibure. Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 79.

1) Liberti senatus Tiburtini, vel libertorum posteri.

6403. · · · CRISPINAE · C · F · [1]) L · ARRIV*s* · · · · · ‖ (litt. minor.) ET · C · GERVLONIVS · [2]) IAN · · · · — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 37.

1) *Clarissimae Feminae*. 2) Libertus, ut videtur, collegii gerulonum s. gerulorum.

6404. DIS · MANIBVS ‖ IVNIAE · M · F · PROCVLAE · VIX · ANN · VIII · M · XI · D · V · MISEROS ‖ PATREM · ET · MATREM · INLVCTV · RELIQVID · FECIT · M · IVNIV*s* · · · ‖ EVPHROSYNVS · SIBI ET · · · · · · · E · TV · SINE · FILIAE · ET · PARENTIVM · INV · · · · · ‖ REQVESCANT (sic) · QVIDQVID · NOBIS · FECERIS · IDEM · TIBI · SPERES · MIHI · CREDE · TV · TIBI · TESTI · · · · · — In ara marmorea elegantissima, in cuius parte aversa: HIC · STIGMATA · AETERNA · ACTE · LIBERTAE · SCRIPTA · SVNT · VENE‖NARIAE · ET · PERFIDAE · DOLOSAE · DVRI · PECTORIS · CLAVOM · ET · RESTEM ‖ SPARTEAM · VT · SIBI · COLLVM · ALLIGET · ET · PICEM · CANDENTEM ‖ PECTVS · MALVM · COMMVRAT · SVVM · MANVMISSA · GRATIS ‖ SECVTA · ADVLTERVM · PATRONVM · CIRCVMSCRIPSIT · ET ‖ MINISTROS · ANCILLAM · ET · PVERVM · LECTO · IACENTI ‖ PATRONO · ABDVXIT · VT · ANIMO · DESPONDERET · SOLVS ‖ RELICTVS · SPOLIATVS · SENEX EHYMNO · FFADES TIMTA [1]) ‖ SECVTIS ‖ ZOSIMVM — Olim Romae. Grut. 691, 8; nunc in Museo Florentino, ubi vidi et correxi.

1) Sic in lapide legitur.

CAPVT X.

RES PVBLICA POPVLI ROMANI.

§. 1. POPVLVS ROMANVS. CIVITAS. LATINITAS. IVS ITALICVM.

N. 3040: titulus, qualis ab Orellio Muratorium secuto proponitur, interpolatus mihi quidem videtur esse. Ut alia mittam, vocabula *civis adlectus*, quorum causa Or. eum in collectionem suam recepit, neque apud Mazocchium leguntur, et eo loco, quo a ceteris collocentur, vix lecta esse possunt; quapropter in margine ea adiuncta fuisse reputo a viro quodam docto, ut melius intelligeretur, quo modo civis tot civitatum Aemilius fuisset. Quae vero in fine tituli leguntur, et ipsa satis suspecta sunt et a Muratorio sola schedarum Farnesianarum auctoritate firmantur. — Maffeius 466, 15 a P. Francisco Ximenez titulum accepit, sed caveas hunc eum vidisse credas, quippe qui monumentum Carthaginis novae inter inscriptiones Africanas retulerit.

N. 3041, v. 4. corr. TVR *(turma)*; Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* XV, p. 367. Nulla igitur iuris Italici mentio titulo inest.

6405. C · IVLIVS · VEPO · DONATVS ‖ CIVITATE · ROMANA · VIRITIM · 1) ‖ ET · IMMVNITATE · AB · DIVO · AVG ; ‖ VIVOS · FECIT · SIBI · ET · ‖ BONIATAE · ANTONIAE · CONIVGI · ET · SVIS — Celeiae. Seidl, Excurs. epigr. I, Monum. Cel. 2. (*Wiener Jahrbb.*)

1) i. e. pro se solo, quum eius populares civitate nondum gauderent.

6406. C · IVL · MYGDONIVS ‖ GENERE · PARTHVS ‖ NATVS · INGENVVS · CAPT ‖ PVBIS · AETATE · DAT · IN · TERRA ‖ ROMANA · QVI · DVM · FACTVS ‖ CIVES · R · IVVENTE (sic) · FATO · CO‖LOCAVI · ARKAM · DVM · ESSE ‖ ANNOR · L · PETI VSQ · A · PVB‖ERTATE · SENECTAE · MEAE · PERVE‖NIRE · NVNC · RECIPE ME · SAXE · LIBENS ‖ TECVM · CVRA · SOLVTVS · ERO — Ravennae, in arca marmorea. Cardinali, *Dipl. mil.* 354. Est iam n. 2982.

6407. De iure anulorum aureorum cf. n. 3750 et Mur. 718, 3: *anulos aureos consecutus a Divo Commodo* (Or. 2176).

§. 2. PATRICII. EQVITES ROMANI. SEVIRI EQVITVM ROMANORVM. EQVVS PVBLICVS.

N. 3042, v. 4: VIROS, quum Smetius testis sit, ita in lapide scriptum fuisse, error fortasse lapidarii est pro VIR COS; nomen enim vigintivirorum illorum proprium re vera fuit *viginti viri consulares*, quo commode distinguebantur a vigintiviris ab Augusto institutis; cf. praesertim vit. Gord. 14, et Herod. VIII, 13.

N. 3043, cf. n. 6412.

N. 3048 = n. 799; susp.

N. 3049: quum Traianus suspicionem mihi movisset ab initio quidem tituli tamquam *vivus* commemoratus, deinde vero *divus* in eodem appellatus, Borghesium equidem

edit, ut novum inscriptionis epographum mihi obtinaret. Ille eutem in ectypo chartaceo sibi misso ite se legisse effirmavit: L . ACONIO . L . F . CLV‖STATVRAE ‖ > . LEG . XI . C . P . F . LEG . IIII . F . F . LEG ‖ V . MACED . LEG . VII C . P . F . DONIS ‖ DONATO . AB . IMP . TRAIANO ‖ AVG . GERM . OB . BELLVM . DACIC . ‖ TORQVIB . ARMILL . PHALERIS ‖ CORONA VALLAR ET A PRIORIB ‖ PRINCIPIBVS EISDem doNIS ‖ DONATO . *ob bellum suebicum* ‖ ET SARMATIC . *ab* AVG TRAIANO ‖ EX MILITIA IN EQVESTREM ‖ DIGNITATEM . *t*RANSLato ‖ ARIMINI PONTIF QVINQ ‖ TIFERNI MAT FLAMINI PONTIF ‖ v . . . IN . . ‖ L . ACONIVS . *st*ATVRA FIL ‖ EX TESTAMENTO EIVS *cui*Ve ‖ DEDICATIONE . *e*PVL*um* . *decu*RIONIBVS ET PLEBI *de*DIT ‖ L . D D . D — Bellum Suebicum et Sarmaticum Domitiani expeditionem esse idem docet. — Not. 2. l. *Floviae Felicis*: cf. n. 3868 et Kellerm. Vig. 59. — N. 3. dirime *quinq.* e *pontif.*

N. 3051, v. 2. corr. MEN.

N. 3052: deest post SEX . F cognomen: PROCVLI; v. ultimus, ni fallor, a falsario quodam inscriptioni agglutinatus est.

N. 3055, susp. propter nomine matris, nomen gentilicium matri et filio commune, *publicus* illud, denique propter verba *fecit* et *ex testam . f . i.* — Vereor, ne Godios titulum ex Ligorianis potius quam ex lapide descripserit, id quod eo quoque comprobatur, quod in loco a Ligorio saepissime commemorato, i. e. in Via Latina, eum exstare Rainesius scribit. Tribum *Veturiam*, quem hic admittere Orellius minime dubitat, alibi ipse confitetur in monumentis sinceris vix reperiri (p. 18); sed cf. n. 6755.

6408. M · COCCEIO ‖ ANICIO FAVS‖TO FLAVIANO ‖ PATRICIO ‖ CONSVLARI ‖ OMNIVVIR‖TVTI — Constantinae. Exscr. de Grabow; misit mihi Gerhardus.

Adlectum inter patricios habes n. 5447.

6409. L · AEMIL · PERTINACI · AC‖CEIANO · L · FIL · EQ · R · NAT · 1) ‖ EQ · R · 2) ET · DEC · COL · MIS ‖ Q · VIXIT · ANN · XL · M · III · ‖ AEMIL · AGAPE · ET · ‖ SOFIA · FRATRI · KARISSIM — Miseno in R. Mus. Neap. illatus. Mommsen, I. N. 2576.

1) EQues Romanus NATus. 2) Error fortasse lapidarii pro EQ . P. [Mihi Pertinax est eques Romanus, natus equite Romano Mommsen.]

6409 a. Q PETICIVS Q FILIVS PAP‖RIA VICTOR EQ MEM ‖ VIR 1) VIXIT ANNIS L — *Oum-el-Bouaghi* Africae. Renier, *premier rapport* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853) p. 20, ubi vide.

1) EQuestris MEMoriae VIR, recte R.

6410. C · IVLIO ‖ PVBLIANO ‖ PHILIPPO · EQ · PVB ‖ ORNATO · AN · VII · ‖ M · II · DIER · XXI · ‖ ISAVRICVS FIL ‖ PIENTIS‖SIMO — Romae. Act. Acad. Pont. Arch. II, p. 672.

6411. TI · CLAVDIO ‖ TI · FILIO · PAL ‖ SECVNDINO ‖ AN · NAT · IX · M · IX ‖ D XXIIX EQVO · PVB ‖ F DVLCISSIMO — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 314, n. 32.

6412. *Turma sexta equitum Romanorum*, cuius nullam Orellius mentionem fieri dixit (ad n. 3043), commemoratur Mur. 820, 2 (= 2032, 4) in titulo nimis mutilo, quam qui restitui possit, quem ipsa tamen nominum ratione ad virum quendam maioribus honoribus ornatum pertinere constat.

§. 3. PATRONI. CLIENTES.

N. 3058, v. 3. pro *in* l. III; v. 7. PROVINC . VAL; v. 10. BYZACENAE COLONOS; COMICORDIAE sic. Mommsen, I. N. 6791.

N. 3060, spurius, ex Ligorio.

N. 3063, fragmentum est inscriptionis, quam integram dedit Donat. 187, 1; v. n. 6418.

6413. SEX · SVLPICIO · TERTVLLO ‖ Q · TINEIO · SACERDOTE · COSS[1] ‖ COLONIA · IVLIA · AVGVSTA · VSELLIS · HOSPITI‖VM · FECIT · CVM · M · ARISTIO · ALBINO · ATI‖NIANO · EVMQVE · CVM · LIBERIS · POSTERISQ ‖ SVIS · PATRONVM · COOPTAVERVNT ‖ M · ARISTIVS · ALBINVS · ATINIANVS · HOS‖PITIVM · FECIT · CVM · POPVLO · COLON · IVLIAE ‖ AVG · VSELL · LIBEROS · POSTEROSQVE · EO‖RVM · IN · FIDEM · CLIENTELAMQVE · SVAM ‖ SVORVMQVE · RECEPIT ‖ EGERVNT · LEGATI ‖ L · FABIVS · · · · · FAVSTVS · IIVIR · QQ · SEX · IVNIVS · CASSI‖ANVS · M · ASPRIVS · FELIX · C · ANTISTIVS · PETVS · SCRIB — In tabula aenea rep. Uselli Sardiniae. Gazzera, *di un decreto di patronato e di clientela* ecc. tav. III; Cardinali, *Dipl. mil.* n. 333; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

1) Cos. a. 158.

6414. IMPP · LICINIO · VALERIANO ‖ AVGG IIII LICINIO GALLIENO ‖ AVG III ‖ COS · [1]) IDIBVS · MARTIS ‖ QVOD · COEPTVM · STVDI IVVENVM ‖ CVLTORVM · DEI · HERCVLIS · MAIORES ‖ RETVLERVNT PATRONVM COOPTANDVM ‖ PLVS SPERAMVS BENEFICIA VBERIORA ‖ POSSE CONSEQVITVROS CVIVS IN PRAETE‖RITO SVMMA (sic) DIGNATIONEM SENSIMVS ET IDE‖O COOPTAMVS RVTILIVM VIATOREM PA‖TRONVM CVM IIS QVI INFRA S S[2]) NONIVM GRA‖TILIANVM C V ET EGNATIVM SATTIANVM C V ‖ PLEROSQVE SPLENDIDOS EQVITES ROMANOS ‖ ET CONCVRIALES EIVSDEM VIATORIS QVI NOS ‖ DIGNATIONE SVA ET MERITA (sic) PROVOCAVE‖RVNT OFFERRE PER NVMERIVM NVMERIA‖NVM ATTIC · ET MAIORES EORVM[3]) — Tabula aenea rep. Beneventi, inde Romam et anno 1810 Parisios missa. Fea, *Fasti* n. 46; Mommsen, I. N. 1524.

1) a. 257. 2) *Scripti sunt.* 3) *sc. maiores studi iuvenum cet.*

6415. HELPIDI HOMO FELIX ‖ DEVS TE SERVET ‖ FLAVIIS LEONTIO ET BONOSO CONSS[1]) ‖ VI IDVS APRILES ‖ CVM CIBES FREQVENTES COLONIAE PAESTANO‖RVM COEGISSENT BERBA FECERVNT NON ALI‖VNDE AESTIMAMVS STATVM CIBITATIS ‖ ALTIOREM CVLTIOREMQVE REDDI NISI INDVS-‖TRIVM[2]) VIRORVM PATROCINIO FVLCIANTVR[3]) ‖ OPTIMI CIBES IGITVR HELPIDIO HONESTIS‖SIMO VIRO PRO DIGNITATE SVA PATRONATVM ‖ OFFERAMVS CREDIMVS QVOD IN OMNIBVS NOS ‖ PATRIAMQVE NOSTRAM FOBERE DIGNETVR ‖ HELPIDIO ‖ PLACET PLACET HELPIDIO HONESTISSIMO ‖ VIRO CVIVS TANTA AEQVITAS TRANQVILLI‖TAS DIGNITAS IVSTITIA INNOCENTIA HVMA‖NITAS EX ORIGINE PROPACATA (sic) MONSTRA‖TVR CVIVSQVE PROLES SANCTISSIMI (sic) ET EIVS VENERAVILIS FLOS DECVSQVE EST TA‖BVLAM PATRONATVS SICVTI PARENTIBVS EIVS OP‖TVLIMVS OFFERAMVS QVEM SI ACCIPERE ‖ FVERIT DIGNATVS SPERAMVS QVOD PRO HONESTATE NOMINIS SVI IN OMNIBVS ‖ NOS AEQVO SINCERAE-

QVE (sic) ANIMO ASPICERE ‖ AC FOBERE DIGNETVR — Tabula aenea rep. Paesti, exstat nunc in Museo Neapolitano Capitis montani (*Capo di monte*). Bull. Inst. Arch. 1836, p. 152, ex apographo Urlichsii; Mommsen, I. N. 89, ubi v. cett.

1) A. 344. Bonosus idem consul ordinarius est, qui in aliis monumentis Sallustius dicitur, duobus igitur cognominibus utebatur; Borgh. l. l. 2) Num INLVSTRIVM? 3) sic; l. FVLCIANTVR.

6416. FELIX ‖ POST CONSS DD NN ARCADI III ET ONORI II ‖ AVGG [1]) GI [2]) KA APRIL GENVSIAE ‖ REFERENTIBVS VAL FORTVNATO ET AVR ‖ SILVANO QQ VERVA FAOTA (sic) SVNT DE COOPTAN‖DO PATRONO FL · SVCESSO (sic) · HORNAT *i*T [3]) EX S‖PLENDIDO VIRO QVOD T*ant*A FA‖MILIARITATE ET *indu*STRI‖A SVA SINGVLOS V*ni*BERSOS‖QVE TVEATVR ET FOBEAT PLA‖CET IGITVR HVIC TABVLAA (sic) ‖ AERE INCISVM (sic) PER VIROS FRIACIPALES (sic) ‖ OFFERRI ET APVT POENATES (sic) DOMVS HVIVS DEDICARI CENSVERVNT — Tabula aerea, quae ubi reperta sit, non traditur; nunc exstat in R. Museo Neap. — Gazzera, *dipl. di patron.* n. XXVII, ex Actis Acad. Taur. vol. XXXV; Cardinali, *dipl. mil.* n. 382; corr. Mommsen, I. N. 591.

1) A. 395. 2) l. VI. [imo VII. Mommsen.] 3) l. *i*T(*em*); littera enim prior, qualis a Mommsenio descripta est, E esse nequit.

6417. . . . \ · I · . . . . ‖ QVAESTVRA · IN · *Provincia* ‖ ASIA · FVNCTV*m* ‖ INCOLAE · AVENT*ic*ENS ‖ OB · EGREG EIVS ERG · *s*E M*e*R ‖ PATRON · P · CVI · SINGVLI ‖ ADQ · VNIVERS · OBLIGATOS ‖ SE · ESSE · PRAEFERVNT · ADQ ‖ ETIAM · PARVM · SIBI · VI‖DENTVR · PRAEDICARE ‖ CVRA · T · NIGR · MODESTI ‖ IIIIIVIRI · AVGVSTALIS — Aventici. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 106.

6418. NOBILITATIS CVLMINI ‖ LITTERARVM ET ELOQVENTIAE LVMINI ‖ AVCTORITATIS EXEMPLO ‖ PROVISIONVM AC DISPOSITIONVM MAGISTRO ‖ HVMANITATIS AVCTORI ‖ MODERATIONIS PATRONO ‖ DEVOTIONIS ANTISTITI ‖ PETRONIO ‖ PROBO · V · C · PROCONSVLI AFRICAE ‖ PRAEFECTO PRAETORIO ‖ PER ILLYRICVM ITALIAM ET AFRICAM ‖ CONSVLI ORDINARIO ‖ OB INSIGNIA ERGA SE REMEDIORVM GENERA ‖ VENETI ADQVE HISTRI PECVLIARES EIVS ‖ PATRONO PRAESTANTISSIMO — A laeva: DEDICATA ‖ VI · IDVS · AVG ‖ DD NN · ‖ VALENTE · VI · ET ‖ VALENTINIANO · II ‖ AVGG · CONS · [1]) — Romae. Donat. p. 187, 1. Vidi ipse in Mus. Cap.; cf. n. 3063.

1) A. 378.

§. 4. TRIBVS ROMANAE.

N. 3070, v. 5. VRB; Kellerm. apud Or. Anell. epigr. p. 40.

N. 3085, v. 2. T . VIBIO . T . F; in fine IVS nunc desideratur; Kellerm. Vig. 163. — Ex numero tribuum ab Orellio proleto explodendae sunt *tribus* quas dicunt *militares*, quas ex inscriptionibus male intellectis originem cepisse nunc constat, in quibus cognomen patriae pro tribu vv. dd. habuerunt; cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. W.* 1836, p. 917. In ipsum autem XXXV tribuum indicem pro *Veientina* tribum *Camiliam* admitte; illa enim tribus nunquam fuit, cf. n. 3675. — Pro *Veturia*

in moonmentis fare semper *Vnturia* legitur; cf. Or. 1949 et, quas Grotefendius laudat, inscriptt. Bergomates et Placentinas, l. l. p. 916, n. 7; p. 924; 936; Mommsen, I. N. Iodex IV.

N. 3091: *corpus Augustale tribus Esquilinae*, (*Palatinae* cf. n. 6421) bene distinguendum a corporibus Augustalium et Sevirum Augustalium municipalibus, quorum in Urbe nulla meotio, conferas cum *corpore Iuliano tribus Sucusanae* (3097) et corporibus *seniorum*, *iuniorum*, cet. (3094; 3095; 3096); cf. Mommsen, Anall. 12 (*Ber. d. S. Ges. f. IV.* 1850, p. 237).

N. 3092: AVGVSTALI cognomen est.

N. 3093, v. 7. FRVMENTARIÆ; v. 8. LEGVMENTARIA; v. 9. SIBI . ET; Kellerm. apud Or. Anall. p. 40.

N. 3097, not. 1. nihil corrigendum; Mommsen, I. N. 6773.

N. 3098, merito ot spurius condemnatur ab eodem, *die Römischen Tribus* p. 77.

N. 3099, valde suspectus; nota praeter alia *praefectum urbi iuri dicundo*, qui a quaestura statim ad honorem tantum provectus traditur!

N. 3100, v. 1. T . PETRONIO . T . F; v. 4. PRAE; v. 6. PRIMAE; v. 7. PRAE; v. 10. ITEM; v. 13. LAVINATI; vidi ipse in Museo Arratioo. In singulis explicandis recte *eminentissimo viro* Hagenb., sed male idem *Praefecto Vrbi*. Cetera facile intelliguntur. Not. 8. *Primus Pilus*.

N. 3103: de municipiis tribubus adscriptis cf. Grotefend, *die Römischen Tribus* cet. *Ztschr. f. A. IV.* 1836, o. 114—118.

N. 3104: quod eodem tempore eiusdem municipii cives diversarum tribuum erant, eo explicatur, quod diversis aliam municipiis unus civis adscriptus esse poterat, ad singulas vero tribus singuli cives pertinere debebant; cf. n. 6426.

N. 3105: libertos tribu ornatos habes nn. 6424; 6425.

N. 3107, ex schedis desumptus; quapropter nota LIBERTVS excidisse litteram T censeo.

6419. *imp · caes* · ‖ DIVI TRANI (sic) PARTHICI F *Divi nervae n* · · · [1]) ‖ VOTO SVSCEPTO *Pro · itu* · · · · ‖ REDITV · VICTORIA*que · eius* ‖ TRIBVL · TRIB · CLAVDIA*e* · · · · · · · · — Romae, in Mus. Vat. Marini, *Giorn. di Pisa* XII, p. 73; Kellerm. Vig. n. 136, not.; Mommsen, Anall. 12 (*Ber. d. S. Ges. f. IV.* 1850, p. 235).

1) Litteras tantum dimidias exstant; titulus ad Hadrianum Aug. pertinet.

6420. · · · · · · · · ‖ · · · · EGRILIO ‖ · · · *dec*VR · LAVR · VICO · AVGV‖*stano tr*IBVLI · TRIBVS · PVPINIAE — Ostiae, in aedibus episcopalibus. Kellerm. l. l.

6421. M · BLOSSI · FELICIS ‖ VIATORI · TRIB · PAL ‖ COR-PORE · AVGVST ‖ PACVVIA · SOTERIS ‖ CONIVGI · SVO · ET ‖ M · BLOSSIVS · SPERATVS ‖ PATRI · PATRONO ‖ B · M · FECER — Romae, in Mus. Vat. Mommsen, *Anall.* 12 (*Ber. d. S. Ges. f. IV.* 1850, p. 236). Vidi ipse.

6422. D · · M · ‖ M ANTONI · IVLI‖ANI AVGVSTALI ‖ IMMVN · MISEN ‖ ITEM · AVGVST · CVM [1]) ‖ ADLECT · TRIB · PALAT [2]) VIXIT · ANN · XXV ‖ M X D V · VAL · REDEMPTMT (sic) — Miseni, nunc in R. Museo Neap. Mommsen l. l. et I. N. 2579.

1) CVMis. 2) *Adlectus tribus* novus est; cf. l. l. p. 237.

6423. · · OFILLIVS ‖ GRACCHI · L · PAL · ‖ MELIOR · IIIII · VIR ‖ S · V · F · ‖ *in fr*ONTE · P · XXXX ‖ *in a*GRO · P · XXXX — *Saluzzo.* Bull. Inst. Arch. 1832, p. 37, et:

6424. M · LOLLIVS · M · L ‖ ESQ ‖ DIONYSIVS ‖ ARG [1]) ‖ VIXIT · PIVS [2]) — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 312, n 15.

1) ARG*entarius*. 2) Habes duos libertos tribu ornatos; ceterum cf. Tertull. de resurr. 57. Plerumque libertorum demum filios tribubus adscriptos esse satis constat, cuius rei unum exemplum attulisse sufficiat eo quoque memorabile, quod filiae tribus additur, errore,

ut recte opinatur editor, quadratarii [Non tam quadratarii, quam hominum provincialium ius ignorantium; quod demonstrant tituli similes complures Africani. Mommsen.]:

6425.

C · IVLIVS · SCEPTVS · ADMETI · AVG · LIB · LIB · IIIIII · VIR · AVGVSTAL · V · F · SIBI · ET
IVLIAE · COETONIDI · VXORI C · IVLIO · Ɔ · L · TRIVMPHALI · F · NISO · TI · CLAVDI · AVG · SER · GENERO
C · IVLIO · C · F · TRO · ADMETO · F IVLIAE · C · L · ROMANAE · F DEFVNCTO
C · IVLIO · C · F · TRO · AQVILAE · F IVLIAE · Ɔ · L · SCEPSIDI · F IN · H · M · VETO · ALITER OSSVA
L · IVLIO · C · F · TRO · SCEPTO · F IVLIAE · Ɔ · L · PRIMAE · VXORI DEPONI · QVAM · PRIMAE · ET · NISI · SVNT
IVLIAE · C · F · TRO · ADMETIDI · F DEFVNCTAE
IN FRONTE · P · XX · IN · AGRO · P · XXX [1])

Salonae rep., nunc in Mus. Spalat. Lanza, *lapidi Salonit.* n. IX.

1) Filios Admetum, Aquilam, Sceptum nota post manumissionem patris natos ideoque tribui adscriptos esse, Triumphalem contra, Romanam, Scepsidem cum ipso patre manu missos. Admetidem et ipsam post manumissionem patris natam eo docemur, quod C . F . dicitur; quod quum vidisset lapidarius, facile fieri poterat, ut fratrum instar ei quoque tribus adscriberetur. — *Tribus ingenua* commemoratur in titulo n. 6663.

6426. DIIS MANIB ‖ L · ENNI · L · F · POM‖PTINA · OPTATO ‖ DERTONA · TRIB ‖ SCAPTIA · [1]) VETERA‖NVS · EX · COH · II · PR ‖ Ɔ · RVFI · MILITAVIT ‖ ANNIS · XVII · VIXIT ‖ ANNIS · XL · TESTAME‖NTO FIERI IVSSIT FE‖CERVNT L · ENNIVS ‖ THREPTVS · ET · L · ENNIV*s* ‖ ATHICTVS · PATRONO ‖ PIENTISSIMO · ET · SIB*i* ‖ POSTERISQ · SVORVM — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi ipse. Guasco II, 160.

1) Cf. quae ad n. 3104 antea exposui. Fortasse, si maiores ex alia quadam civitate in municipium quoddam immigrarant, eorum tribus a posteris conservari solebat; alia enim ratione vix intelligitur, cur Ennius Dertona oriundus nihilo minus diversam tribum habuerit. [Mihi est veteranus olim Pomptinae tribui adscriptus, deinde, post deductionem Dertonam, Scaptiae. Cf. n. 3685. Mommsen.]

6427. Tribus, quum temporibus antiquioribus praecipuum ingenuitatis indicium fuisset, posteriore aetate omitti coeperat, ita ut inde a tertio saeculo aerae nostrae rarius in dies commemoraretur, post Constantinum Magnum rarissime in lapidibus legeretur. Pauca exempla ad aetatem Alexandro posteriorem pertinentia videsis in Mommsenii Anall. epigr. n. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 215. 216), qui ut novissimam inscriptionem tribu ornatam Orellianam n. 2170 = 3866 refert, quam quarto saeculo exaratam esse ex appellatione *Flaviae Constantis* coloniae Hispellati indita suo iure collegit.

§. 5. SENATVS. SENATORES. S.C. LEGES. IMPERATORVM RESCRIPTA. SENTENTIAE.

N. 3108, olim mihi suspectus, licet admissus e Mommsenio, I. N. 1317. Nota praeter mirem confusionem verborum *Fratuantinos* et *Neritinoe* in hac sola inscriptione obvios, curatorem vero civitatium complurium non commemoratarum. Cf. *Münchner Gel. Anzeigen* 1853, p. 619. Nuper tamen vidit Brunnius et sinceritatem lapidis confirmavit.

N. 3109, v. 2. AVGVSII, i. e. AVGVSTI, Mommsen, I. N. 5471; IVDIC male pro *iudice electo* ab Orellio habetur, quum coniungendum sit cum QVAESIT et idem sit, quod *iudex quaestionum*.

N. 3111: cf. Mommsen, Aoall. 15 (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 311), et de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* cet. p. 136 sqq. (ex *Giorn. Arc.* tom. CXXIII et CXXVIII).

N. 3112: inscriptionem templi Corani v. n. 3808; haec neque ad templum pertinet, et ex Apiano p. 183 male exscripta maleque a Nibbyo emendata est. In titulo autem in annotatione ab Orellio allato l. pro *dec* . e . DE . S . C.; ipse vidi.

N. 3113: v. 6. corr. IIII FLAVIAE, vel FLAVIAE FELICIS, collatis titulis C. I. Gr. 1133. 1327.

N. 3116, v. 7. REL, ex codice Rigazziano Tonini, *Rimini* p. 346, 33.

N. 3119; cf. C. I. Gr. 3175, ubi in Latinis (v. 1.) AVGVSTVS male omissum est; in fine DAPENI . EDITE.

N. 3121, v. 1: RVFEIS . DE; v. 2. dele GENVATEIS; v. 3. FIERENT; v. 5. MVVCIO . Q . F . COS; v. 6. SIET . (spatium) LANGATIVM; extr. FLOVIVM; v. 10. extr. VINELESCA; v. 13. EDEM . (spatium) AGRI; LANGENSES; COM-FLVO; v. 14. LEMVRINO; v. 14. extr. dele VNE; v. 15. LEMVRINO bis; v. 16.
NT
STAT . IN; PROCAVO; LEMVRINVM; in fine dele SVS; v. 17. TERMINV; v. 19.
S
VERAGLASCAM; BERI . GIEMAM; v. 20. INFVMO; v. 21. fin. INDE; v. 22. FLOVIOM; v. 26. l. *mora*; sed litterae RA nunc desunt; PEQVNIAM; v. 27. CAI-CILIO; v. 33. l. PECVs *p*ASCERE; v. 34. LIGNA . MATERIAMQ; v. 37. FAE-
VE
NISICEI; VITVRIES LANGEN; v. 38. DECTVNINES; MENTOVINES; v. 39. DE-
SES
CTVNINEBVS; MENTOVINES; v. 40. INVITEIS; LANGVESES; v. 43. OMNEIS; v. 44. MITTEI; post VIDETVR spatium, sed nihil deest; SEIQVOI; v. 45. CONTRO-VERSISI . THON; v. 46. MOGO. Correctiones dedi Mommsenii, qui monumentum vidit; res minoris momenti, ut puncta posita vel omissa, neglexi. Praeterea vidi imaginem tituli lithographicam Genuae editam, in qua v. 25. legitur POPLVCVM, vv. 45. et 46. cum exemplo Orelliano plane conspirent.

6428. DICI · IMI .... CAESAR[1]) ....
.... ‖ · AI · A ..... VO .... NA ·
RAIIORV .... V · · O .... R · · ‖ AQVAII A · · · A ·
N ..... A ..... M · · NIVR VINAFRAN · · · M · · A · · · II · · · ·
IIIIRVM ‖ ITAVI .... R · · · RV ..... OV · OVAI ..... IP · ·
MIIII .... LONORV · · ‖ VENAFRANORVM · · · AR · · N ·
V .... VA .... NI .... NV · D · · ‖ VINAFRI ·
AIIIIIVAQVAII · · · VN .... VOV .... N · · IN
OPPID ‖ VENAFRANORVM · III · · · · DVC · V .... OLONIS
V · NAF · A ..... VI QVI COLON ‖ VENAFRANORVM NOMIN[2])
.... AIQVE .... QVE[3]) ‖
QVI RIVI SPECVS SAEPTA I .... QVE AQVAE
DVCENDAE REFICIVNDAE ‖ CAVSA SVPRA INFRAVE LIBRAM
RECTE AEDIFICATI STRVCTI SVNT SIVE QVOD ‖ ALIVT OPVS

EIVS AQVAE DVCENDAE RI IICIVNDAE[3a])CAVSA SVPRA INFRAVE LIBRAM ‖ FACTVM EST VTI QVIDQVID EARVM RERVM FACTVM EST ITA ESSE HABERE ITAQVE ‖ REFICERE REPONERE RESTITVERE RESARCIRE SEMEL SAEPIVS FISTVLAS CANALES ‖ TVBOS PONERE APERTVRAM COMMITTERE SIVE QVID ALIVT EIVS AQVAE DVCEN‖DAE CAVSA OPVS ERIT FACERE PLACET · DVM · QVI · LOCVS · AGER · IN FVNDO · QVI ‖ P\ · I\INI ·[4]) L · F · TER EST ESSEVE DICITVR · ET · IN FVNDO QVI · L · POMPEI · M · F · TER · SVLLAE ‖ EST ESSEVE DICITVR MACERIA · SAEPTVS EST PER QVEM LOCVM · SVBVE QVO LOCO ‖ SPECVS EIVS AQVAE TRANSIT NE EA MACERIA · PARSVE QVAE EIVS · MACERIAE ‖ ALITER DIRVATVR MO√IAIVR[5]) QVAM SPECVS REFICIVNDI AVT INSPICIVNDI CAV‖S · N · · IQ · · DIN · · · · · VAII SIT[6]) QVOMINVS EA AQVA IRE FLVERE DVCIVE POS‖S · · · · · · · · · · · · √NI VM D · · TRA[7]) SINISTRAQVE CIRCA EVM RIVOM CIRCAQVE ‖ OPI I A QVA ·[8]) EIVS AQVAE DV · · NDAE[9]) CAVSA FACTA SVNT OCTONOS PEDES AGRVM ‖ VACVVM ES · E[10]) PLACET PER QVEM LOCVM VENAFRANIS EIVE QVI VENAFRANORVM ‖ · · · IN · · A · IIVM AI ITER[11]) FACERE EIVS AQVAE DVCENDAE OPERVMVE EIVS AQVAE ‖ · · · · · · · ORVM[12]) RIFICIENDORVM QVOD EIVS S D M[13]) FIAT IVS SIT LICEATQVE ‖ QVAEQVE EARVM RERVM CVIVS FACIENDAE REFICIENDAE CAVSA OPVS ERVNT QVO ‖ PROXVME POTERIT ADVEHERE ADFERRE ADPORTARE QVAEQVE INDE EXEMPTA ERVNT ‖ QVAM MAXVME AEQVALITER DEXTRA SINISTRAQVE P VIII IACERE DVM OB EAS RES DAMN ‖ INFECTI IVRATO PROMITTATVR EARVMQVE RERVM OMNIVM ITA HABENDARVM ‖ II · · · ·[14]) VENAFRANIS IVS POTESTATEMQVE ESSE PLACET DVM NE OB ID OPVS DOMI‖NVS EORVM CVIVS AGRI LOCIVE PER QVEM AGRVM LOCVMVE EA AQVA IS AQVAE ‖ DVCTVS S · · IT[15]) INVIVS FIAT NEVE OB ID OPVS MINVS EX AGRO SVO IN PARTEM AGRI ‖ QVAM TRANSIRE TRANSFERRE TRANSVERTERE RECTE POSSIT NEVE CVI EORVM PER QVO‖RVM AGROS EA · AQVA · DVCITVR EVM AQVAEDVCTVM CORRVMPERE ABDVCERE AVER‖TERE FACEREVE · QVOMINVS EA · AQVA · IN OPPIDVM · VENAFRANORVM RECTE DVCI ‖ FLVERE POSSIT · LICEAT

QVAEQVE AQVA · IN OPPIDVM · VENAFRANORVM IT · FLVIT · DVCITVR · EAM AQVAM ‖ DISTRIBVERE · DISCRIBERE VENDVNDI CAVSA AVT EI REI · VECTIGAL · INPONERE CONSTI‖TVERE IIVIRO · IIVIRIS · PRAEFEC PRAEFECTIS EIVS COLONIAE EX MAIORIS PARTIS DECVRI‖ONVM DECRETO QVOD DECRETVM ITA FACTVM ERIT CVM IN DECVRIONIBVS NON ‖ MINVS QVAM DVAE PARTES DECVRIONVM ADFVERINT LEGEMQVE EI DICERE · EX ‖ DECRETO DECVRIONVM QVOD ITA VT SVPRA SCRIPTVM · EST · DECRETVM ERIT IVS PO‖TESTATEMVE ESSE

PLACET DVM NE EA AQVA QVAE ITA DISTRIBVTA DISCRIPTA DEVE QVA ‖ ITA · DECRETVM · ERIT · ALITER · QVAM · FISTVLIS · PLVMBEIS · D · T · AB RIVO · P · L · DVCATVR · NEVE ‖ EAE FISTVLAE · AVT · RIVOS · NISI · SVB TERRA QVAE · TERRA · ITINERIS · VIAE · PVBLICAE · LIMI‖TISVE ERIT PONANTVR CONLOCENTVR NEVE EA AQVA PER LOCVM PRIVATVM · IN‖VITO EO CVIVS IS LOCVS ERIT DVCATVR QVAMQVE LEGEM · EI · AQVAE TVENDAE · OPE‖RIBVSVE QVAE EIVS AQVAE DVCTVS · VSVSVE CAVSA · FACTA SVNT ERVNT · TVENDIS ‖ . . . . I [16]) EX DECVRION · DECRETO QVOD ITA VT · S · S · E · FACTVM · ERIT · DIXERINT ‖ . . . . . . M · [17]) RATAMQVE ESSE PLACET . . . . ‖
. . . . IIOII OI · IS . . . . ‖

desunt vv. 7

. . . . N . . . . COLONI · NOS . . . IOS . . ‖ . . . . I . . . . . NAIRANORVM . . . . SVAE INS · IS . . . . ‖ . . . . IICOIOIIIIA < AVRAVIRIINI . . . . A · IRIRAIII . . . N . . . . . . ‖ DAO . . . . D . . . . IIICAQVAE COLONIS COLONIAE VENAFRANAE SIT IIAVRVM ‖ D · AR . . . . S . . . DICINI CVI VIRO N · NAIATIO QVAM COLONO AVT INCOLA . . . . ‖ D · · IVAS . . . . CVI EX DECRETO DECVRIONVM ITA VT SVPRA · COMPRENSVM EST · NE‖GOTIVM DATVM ERIT AGENT EVM QVI INTER CIVIS ET PEREGRINOS IVS DICET IVDICIVM ‖ RECIPERATORIVM IN SINGVLAS RES HS · X · REDDERE TESTIBVSQVE DVMTAXAT X DENVN‖TIANDIS FACERE PLACET DVM RECIPERATORVM REIECTIO INTER EVM QVI AGET · ET ‖ EVM QVO CVM AGETVR ITA FIE . . . . [18]) QVAE DE IVDICIS PRIVATIS LATA EST ‖ LICEBIT OPORTEBIT

— Rep. in ruderibus S. Mariae Veteris prope Venafrum et muro insertus casae ruralis Melucciorum fere 3 m. p. a Venafro distantis, ubi anno 1846 primus eum Mommsenius exscripsit, ut potuit; cf. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 164. Idem cum supplementis suis edidit et illustravit, quae legerat, Bull. Inst. 1850, p. 44—63, et *Ztschr. f. g. RW.* XV, p. 287—326; deinde I. N. 4601. Totum fere titulum nuper Garruccius edidit (*Bull. Nap. n. s.* 1852, tab. II), sed ita descriptum, ut multa quidem legere sibi videretur, quae in lapide maxime evanido penitus perierant, multa autem, quae adhuc supersunt, minus bene exciperet. Denique ipse quae summo labore ac studio enucleare mihi contigit, publicavi in libello *Strenna giubilare offerta a' fautori dell' Instituto di corrispondenza archeologica nell' occorrenza del natale di Roma* 1854, *anniversario* XXV *della fondazione dell' Instituto, Roma* 1854, 4, cui imago, quam dicunt, photographica adiuncta est ex gypseo lapidis ectypo desumpta, quo in legendo monumento et ipse usus eram. Textum tituli itidem edidi in Museo Rhenano Ritschelii vol. X. Edictum est imperatoris Caesaris Augusti de aquae ductu coloniae Venafranae ab

ipso, ut videtur, donato. De singulis cf. dissertationes modo laudatas et n. 6580. Supplementa fere omnia Mommsenio debentur.

1) DICit IMPerat. CAESAR *divi f. augustus* cet.? 2) IN OPPIDum ‖ VENAFRANORVM iT FLuit ‖ DVCit Vr .... eOLONIS VeNAFrania siVE QVI COLON ‖ VENAFRANORVM NOMINe. 3) *ius sit liceat*QVE? cf. v. 25. 3a) REFICIVNDAE. 4) VelIMNI? 5) MOvEATVR. 6) CAV‖Sa NevE QuiD IN *eo pri*VATI SIT. 7) POS‖S*it per omnem f*VNDVM DexTRA. 8) OPERA QVAe. 9) DVceNDAE. 10) ESsE. 11) *nom*INe *f*AcIT, ... (?) ITER. [Num *nom*INe *f*AcIT *IV*beAT ITER? Mommsen.] 12) AQVAE ‖ *ductus faciend*ORVM. 13) *Sine Dolo Malo*. 14) II *viris*. 15) *Sub*IT. 16) *iiviri praefect*I. 17) *eam legem firma*M. 18) FIEt *ut lege Iulia*; cf. fr. Vat. 197. 198.

6429.

GIIAVCI
NITATIS INSPECIA QVOD VG
QVA RATIONE VIDEBATVR CVM IVSTA
ONE SERVAVIMVS VT NEQVE IPSI CONS
NE DIVTVRNA PELLERENTVR ET IN POSTEI
DECRETA CIVIVM ADSVMENDORVM CONSIL
PRAESIDIS PROVINCIAE · C · V · PERPENDERENT · [1])
EXEMPLVM EPISTVLAE AD HERACLITVM
QVAMQVAM TYRANORVM CIVITAS OREGINEM
DATI BENEFICII NON OSTENDAT NEC FACILE QVAE
PER ERROREM AVT LICENTIAM VSVRPATA SVNT PRAE
SCRIPTIONE TEMPORIS CONFIRMENTVR TAMEN
QVONIAM DIVI ANTONINI PARENTIS NOSTRI LITTE
RAS SED ET FRATRVM IMPERATORVM COGITAMVS ITEM
ANTONII HIBERI GRAVISSIMI PRAESIDIS QVOD ATTINET
AD IPSOS TYRANOS QVIQVE AB IIS SECVNDVM LEGES
EORVM IN NVMERVM CIVIVM ADSVMPTI SVNT EX PRI
STINO MORE NIHIL MVTARI VOLVMVS RETINEANT
IGITVR QVAQVA RATIONE QVAESITAM SIVE POSSESSAM
PRIVILEGII CAVSAM IN PROMERCALIBVS QVOQVE RE
BVS QVAS TAMEN PRISTINO MORE PROFESSIONIBVS
AD DISCERNENDA MVNIFICA MERCIMONIORVM EDEN
DAS ESSE MEMINERINT SED CVM ILLYRICI FRVCTVM [2])
PER AMBITIONEM DEMINVI NON OPORTEAT SCIANT
EOS QVI POSTHAC FVERINT ADSVMPTI FRVCTVM
IMMVNITATIS ITA DEMVM HABITVROS SI EOS LEGATVS
ET AMICVS NOSTER V · C · IVRE CIVITATIS DIGNOS ESSE DE
CRETO PRONVNTIAVERIT QVOS CREDIMVS SATIS A
BVNDEQVAE SIBI CONSVLTVM SI GRATI FVERINT EXI
STIMATVROS QVOD ORIGINE BENEFICII NON QVAESI
TA DIGNOS HONORE CIVES FIERI PRAECEPERIMVS ·

ΟΟΥΙΝΙΟΣ ΤΕΡΤΥΛΛΟΣ[3]) *ΑΡΧΟΥΣΙ ΒΟΥΛΗ ΔΗ*
ΜΩ ΤΥΡΑΝΩΝ *ΧΑΙΡΕΙΝ*
ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΠΕΜ
ΦΘΕΝΤΩΝ ΜΟΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ ΗΜΩΝ ΑΝΕΙ
ΚΗΤΩΝ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΣΤΑΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ

ΤΟΥΤΟΙΣ ΜΟΥ ΤΟΙΣ ΓΡΑΜΜΑΣΙΝ ΠΡΟΕΤΑΞΑ Ο
ΠΩΣ ΓΝΟΝΤΕΣ ΤΗΝ ΘΕΙΑΝ ΕΙΣ ΥΜΑΣ ΜΕΓΑΛΟ
ΔΩΡΙΑΝ ΤΗ ΜΕΓΑΛΗ ΑΥΤΩΝ ΤΥΧΗ ΕΥΧΑΡΙΣΤΗ
ΣΗΤΕ ΕΡΡΩΣΘΑΙ ΥΜΑΣ ΚΑΙ ΕΥΤΥΧΕΙΝ ΠΟΛ
ΛΟΙΣ ΕΤΕΣΙΝ ΕΥΧΟΜΑΙ ΑΠΕΔΟΘΗ ΠΡΟ
Γ ΚΑΛΑΝΔΩΝ ΜΑΡΤΙΩΝ ΛΗΝΕΩΝΟΣ Π̄
ΑΝΕΣΤΑΘΗ ΕΠΙ ΜΟΥΚΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΦΑΒΙΑΝΟΥ
ΥΠΑΤΩΝ[4]) *ΕΝ ΤΩ • ΕΜΡ • ΕΤΕΙ* •[5])
ΑΡΧΗΣ Π ΑΙΛΙΟΥ ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΥ[6])

— Tabula magna marmorea nuper effossa prope vicum *Korotkoje* in ripa sinistra fluminis Tyrae (Dniester) e regione coloniae Milesiae Tyranorum. Ex actis Societatis historico-antiquariae Odessitanae (t. II, 2 et 3, p. 416—469) repetiit Mercklinus, apud Gerhard, *Arch. Ztg.* (*Denkm. u. Forschungen*) 1853, p. 161. Rescripta continet impp. Severi et Antonini Augg., quibus immunitas quaedam Tyranorum confirmatur. Ea Ovinius Tertullus legatus pr. pr. Moesiae inferioris Tyranis cum Graecis litteris misit.

1) *pri*||*vile*]gii auc[*toritatem*, *epistula de iure immu*]nitatis inspecta, quod [*usu firmatum qua*]qua ratione videbatur cum iusta [*restricti*]one servavimus, ut neque ipsi cons[*uetudi*]ne diuturna pellerentur et in poste[*rum*] decreta civium adsumendorum consi[*lio*] praesidis provinciae c. v. perpenderentu[*r*], Mercklin, l. l. [Initium lenias ita formaveris: *privilegii auctoritate perpensa et origine immunitatis perspecta* - - - eum iusta *moderatione* servavimus. Mommsen.] 2) Illyricum, τέλος Ἰλλυρικόν, cf. Appian. Illyr. 6, et nn. 6655. 6658. Eius procurator fuit fortasse Heraclitus ille (v. 8). 3) Cf. Dig. 38, 17, 1 §. 3; 49, 15, 9; Cod. 8, 51, 1. 4) A. 201. 5) sc. aerae Tyrenorum, quam ab eo anno initium cepisse, quo civitas Romanis subiecta est, Borghesius in litteris ad me datis proposuit. Quum eam annus Tyranorum 145 in annum Urbis 954 incidat, primus eorum annus est Romanorum 809. Nummis autem Tyranorum Vespasiani certe tempore civitatem sub ditione Romanorum fuisse apparet. Quod si verum est, id quoque minime miraberis, quod ad Moesiam provinciam pertinet; Daciam enim a Traiano demum subiectam esse omnes scimus.

6430. *ex aucto*RITATE TARRACI BA*ssi · v · c · praefecti urbis*[1]) || *nomina vi*(?)NARIORVM QVI SIBI PECVN*iam indebitam* (?) || *con*TRA DISCIPLINAM ROMAN*arum legum* || VINDICARE CONSVEVER*unt* (sequuntur multa nomina sex columnis disposita litterisque scripta minutis maleque exaratis) [2]) — Romae, in Basilica Iulia. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 141; rest. de Rossi, op. cit. 1853, p. 37 seqq.

1) Cf. Amm. Marc. XXVIII, 1. — De ipsa re cf. Or. 3166. 2) Nomina esse videntur corporatorum quorundam, quibus professione vel negotiatione interdicitur; cf. l. l.

6431. OVORIRI[1]) SOLENT NONNVL*lae* || CONTROVERSIE (sic) QVE (sic) NO*tio* || *n*E[1a]) I*n*QVIRANT*ur*[2]) ET EXSAM*ine* || IVDICIS CELSIORIS TVM AVTEM || QVAEDAM NEGOTIA SVNT IN || QVIVVS SVPERFLVVM SIT MO||DERATOREM EXSPECTA*re* || PROVINCIE (sic) QVOD NOVIS || VTRVMQVE PENDENTIVV*s* || RECTVM ADMODVM VISVM || EST *u*T PEDANEOS IVDICES *id est*[3]) || EOS QVI NEGOTIA *h*VMILIA || DISCEPTENT CONSTITVENDI || DAREMVS PRAESIDIVVS POTE||STA*tem*[4]) ITA ENIM ET SIBI || PARTEM QVRARVM IP*s*I[5]) DE||*minuent*[6]) ET TAMEN NI*h*ILOM*i*N||VS[7]) QVAS*i isti*[8]) *h*OC MVNVS ADME||NESTRAVVNT

QV*a*M ILLI QVO*s* ‖ *e*LEGERE ADMENESTRE*nt* ‖ QVIVS REI CONSTITV*endae*[9]) *munus* ‖ AD TVE EMINEN*ti*E *spectat curam · ad ex-* ‖ CELLENTIAM TVA*m igitur mi*‖SIMVS[10]) PE*r* EVNDE*m litteras* (*ut ea quae necessaria sunt non dubitet ordinare*) — Rep. in insula Amorgo, asservatur nunc Therae. Rest. E. Philippi. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 45 seqq. ex apographis missis a comite Cigalla Theraeo et Ludovico Rossio, quorum hic priorem modo tituli partem descripsit. Litterae parum bonae, et quas non sine difficultate legi ipsis apographis satis probatur.

1) QVEERIRI R. 1a) NO .... ‖ RE, vel PE. 2) IQVIRANT, forlasse recte, ut alibi IFERI (7341). 3) IVDICEST. 4) POTE ‖ STAMEN. 5) IPPI. 6) DENI-‖PERINT, vel PEPINT. 7) NHLOMNI‖VS. 8) QVASSIVI. 9) CONSTITNI. 10) Ita ipse pro MITTIMVS Philippii in textum recepi, quum exemplum Cigallee .... ‖ SIMVS exhibeat. — Titulne spectat ad annum 362 aerae nostrae; constitutio enim est a Iuliano imperetore dete *V. kal. August. Antiochiae Mamertino et Nevitta consulibus*, cuius partem tenium babemue in codice Iust. l. 3. *de pedaneis iudicibus*, III, 3; cf. cod. Theod. l. 8 *de officio praesidis provinciae* 1, 16 ed. Haenel; Bull. l. l. p. 47 sqq.

6432. C · HELVIDIVS PRISCVS ARBITER ‖ EX · CONPROMISSO · INTER · Q · TILLIVM · ERYLLVM · PROCVRATO‖REM TILLI · SASSI · ET · M · PAQVIVM · AVLANIVM ‖ ACTOREM · MVNICIPI · HISTONIENSIVM V‖TRISQ · PRAESENTIBVS · IVRATVS · SENTENTIAM ‖ DIXIT · IN · EA · VERBA · Q · INF · S · S ·

6472. FLAVIO · PLACIDO ‖ SEVERO · V · C · PRO · COS · ORIENTIS ‖ PROV · AFRICAE · ET · V · S · [1]) IVDICANTI ‖ PRAEF · VRBI · ET · V · S · IVDICANTI · ITE‖RVM · COMITI · ORD · PRIMI · INTRA · PA‖LATIVM · PRAEF · PRAET · CONSVLI · ORDO [2]) ‖ PLACIDVS · SEVERVS · V · C · FILIVS · PATRI · RELIGIOSO ‖ ET · ANTONIA · MARCIANILLA · C · F · NVRVS ‖ SOCERO · SANCTISSIMO — Fea, *Fasti* n. 55, ex Ms. Chisiano.

1) *Vice Sacra.* 2) l. ORD(*inario*); cos. a. 481.

6473. FL ⸓ OLBI AVXENTI DRAVCi ‖ FL · OLBIO AVXENTIO DRAVCO V C · ET INL · PATRICIAE FAMILIAE ‖ SENATVS MVNIS PROMPTA DEVOTIONE PERFVNCTO ‖ COMITI ORDINIS PRIMI ET VICARIO VRBIS ROMAE COMITI ‖ SACRI CONSISTORII PRAEFECTO VRBIS ROMAE [1]) OB EGREGIA ‖ EIVS ADMINISTRATIONVM MERITA QVAE INTEGRITATE ‖ CENSVRA ET MODERATIONE ITA VIGVERVNT VT SVBLIMISSI‖MAE POTESTATIS REVERENTIAM HONORIFICA EIVS AVCTO‖RITAS CVSTODIRET

ET HVMANITATEM AMABILIS CENSVRA ‖ SERVARET PETITV SENATVS AMPLISSIMI QVI EST IVSTVS ‖ ARBITER DIGNITATVM EXCELLENTIBVS ET MAGNIFICIS ‖ VIRIS LEGATIONE MANDATA VT INPETRATORVM DIGNI‖TAS CRESCERET QVAE PARIBVS STVDIIS AMORE IVSTITIAE ‖ ET PROVIDENTIAE DESIDERABANTVR · DD NN · FF · LL · ‖ THEODOSIVS ET PLACIDVS VALENTINIANVS INVICTI ‖ AC TRIVMFATORES PRINCIPES SEMPER AVGVSTI · ‖ AD REMVNERATIONEM TITVLOSQVE VIRTVTVM QVIB · ‖ CIRCA REMPVBLICAM EXIMIA SEMPER PROBITAS ‖ INVITATVR STATVAM AVRO FVLGENTEM ERIGI ‖ CONLOCARIQVE IVSSERVNT — Romae, rep. a. 1852 in fundamentis aedium Savorelliorum, sed olim in foro Traiani collocatam fuisse basim docet de Rossi, qui edid. in Bull. Inst. Arch. 1852, p. 182 sqq.

1) A. 441 (l. l.); quum vero anno 445 denuo ut praefectus commemoretur *geminisque* dicatur *fascibus comprobatus*, ante annum 445 statua ei erecta est; l. l.

6474. L · VOLVSIO · *l. f. saturnino* ‖ COS[1]) AVG · SO*dali augustali* ‖ SODALI · TITIO · *praef. urbi*[2]) ‖ LEG · PROPR · TI · *caesaris aug* — Venetiis. Rest. Borghesius, *Giorn. Arcad.* XLIX, 1831, p. 280 seqq.; ex eo Cardinali, *Dipl.* n. 275.

1) Suff. a. 756 cum P. Silio. 2) Plin. N. H. VII, 14, 62; XI, 38, 223; cf. Tac. Ann. XIV, 56; XIII, 30.

6475. ASTERII ‖ L · TVRCIO · SECVNDO · C · V ‖ FILIO · L · TVRCI · APRONIANI · C · M · V[1]) ‖ PRAEF · VRBI[2]) NEPOTI ‖ L · TVRCI · SECVNDI · C · M · V ‖ CONSVLI · PRAETORI · QVAESTORI ‖ COMITI · AVGVSTORVM · CORRECTORI ‖ PICENI · ET · FLAMINIAE · ELOQVENTIA ‖ IVSTITIA · INTEGRITATE · AVCTORITATE ‖ PRAESTANTI · IN · OMNI · DENIQVE ‖ VIRTVTE PERFECTO · ORDO ‖ SPLENDIDISSIMVS · AMITERNINAE ‖ CIVITATIS · OB INSIGNEM · ERGA SE ‖ AMOREM · PATRONO · DIGNISSIMO ‖ STATVAM · EX AERE ‖ POST ADMINISTRATIONEM ‖ AD PERPETVI NOMINIS ‖ GLORIAM DEDIT[3]) — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. *Novell. lett. Fior.* 1780, p. 549.

1) *Clarissimae Memoriae Viro.* 2) A. 339. 3) Fratris Turcii Aproniani titulum habes n. 1100. Ipse autem Turcius Secundus Asterius commemoratur in n. 1099, quo Constantii et Constantis aetate eum vixisse docemur.

6476. *illu*STRI VIRO ET OMNIVM RETRO PRAEFECTO‖*rum i*NDVSTRIAM SVPERGRESSO ATTIO INSTEIO TERTVLLO ‖ *quaestori · k · prae*TORI · K · CONSVLI · CORRECTORI ‖ *venetiae et histriae*[1]) PRAEPOSITO · FABRI‖*cae*[2]) *praefecto urb*IS ROMAE[3]) ‖ .... ‖ INOPIA · IN .... ‖ MISERIAE ATQVE INCOMPARA*bili* .... *in* ‖ APERTVM PERICVLVM PRORVEBANT RECREA‖TAE ATQVE CONFOTAE REDDITIS PRISTINIS ‖ VIRIBVS CONVALESCERENT ET AETERNVM ROBVR ‖ ACCIPERENT ATQVE EIVS AEGREGIA FACTA ET IN SE ‖ MVNIFICENTIAM SINGVLAREM CORPVS MAGNA‖RIORVM[4]) GRAVI METV ET DISCRIMINE LIBERATVM ‖ EI STATVAM AERE · IN-

SIGNEM LOCAVIT ‖ CVRANTIBVS ‖ FLAVIIS RESPECTO · PANCKARIO SABINIANO PALASS[5]) ‖ ET FLORENTIO VV · P · P · P̄ · P̄ · CORP · MĀG · [6]) DIGNO · PĀT — Basis magna, rep. Romae anno 1776, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. Fea, Fasti n. 49, apud quem v. ceteros.

1) Cf. monumentum Patavinum ab eodem Tertullo dedicatum Maximiano Augusto (Or. 1050). 2) sc. armorum; cf. Notit. dign. Occ. c. VIII; Or. c. X, ubi fabricae recensentur, quae sub dispositione *magistri officiorum* erant; Gothofr. ad C. Th. VII, 20, 10. — *Tribunus fabricorum* est apud Amm. Marc. XIV, 7, 18; XV, 5, 9; *praepositus fabricae* XXIX, 3, 4. Neque vero uni cuidam fabricae Tertullum consularem praefuisse credo, quod munus erat *viri perfectissimi* (cf. Grut. 283. 4), sed omnibus fabricis unum eum praepositum fuisse censeo. 3) A. 307; cf. Corsini p. 163; Fea at Furlanetto ll. ll. 4) Magnarii sunt negotiatores magni; cf. 4074; 4264 cett. 5) [PALASS, quod ex continua oratione eximendum videtur esse, fortasse est *Principis Auctoritate* Loco ASSignato. MOMMSEN.] 6) *Viris Perfectissimis PraePositis* CORPoris *MAGnariorum*.

6477. *t*ANAVCIVS · SFA‖LANCIVS · VC · PRAE‖FECTVS VRBI VICE ‖ SACRA ITERVM ‖ IVDICANS CVRAVIT [1]) — Romae, rep. in Aventino. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 153.

1) De eius aetate nihil constat; sed Borghesius l. l. eundem eum esse suspicatus est cum Phalangio consulari Baeticae, qui vixit sub Valentiniano I; cf. Amm. Marc. XXVIII, 1, 26.

6478. PRO BEATITVDINE TEMPORVM ‖ FELICITATEMQVE PVBLICI STATVS · IMP ‖ D · D · D · N · N · N · THEODOSI · ARCADI ET HONOR ‖ PERENNIVM · AVGVSTORVM ‖ RIPAM MACELLI DEXTRA LEBAQVE ‖ AD GRATIAM · SPLENDOREMQVE ‖ CIVITATIS PVTEOLANAE INSTRVCTVM (sic) ‖ DEDICAVIT · FABIVS · PASIPHILVS · V · C · ‖ AGIS (sic) · VICEM PRAEFECTORVM PRAETORIO ‖ ET VRBI [1]) — Rep. Puteolis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2500. In fine tituli hinc corona, illinc palmae ramus.

1) Titulum post XII. Kal. Dec. anni 393 et ante IV id. Ianuarias anni 395 exaratum esse Augustorum mentione constat; illo enim die Honorius Augustus nominatus est, hoc Theodosius decessit. Iam vero Eugenius tyrannus a. d. VIII id. Sept. demum devictus est, neque ante mortem eius imperatores orientis in monumento Puteolano commemorare licebat. Hinc apparet, inter dies VIII. id. Sept. a. 394 et IV id. Ian. a. 395 monumentum positum esse. Pasiphilus autem, qui officio plane singulari utriusque praefecti vices egit, statim post victoriam a Theodosio Romam missus erit, ut remotis Eugenii praefectis eorum munera pro tempore ipse susciperet; cf. Borghesium et I. B. de Rossi, *Bull. Nap. nuova serie* II, p. 150 et p. 154.

6479. *imp* · *ca*ES · DIVI · AN*tonini* · *pii* ‖ *fil* · *div*I · HADRIAN*i* · *nep* · *divi* ‖ *traia*NI · PARTH*ici* · *pronep* ‖ *divi* · *n*ERVAE · A*bnepoti* ‖ *l* · *aurel*IO · VERO · AV*g* · *armen* ‖ *parthi*CO · MAX · M*edico* · *tr* · *p* · ‖ *vi* · *imp* · *i*V · COS · II · DES · *iii* · [1]) *procos* ‖ *pro*PAGATORI · *imperii* · *romani* ‖ *codica*RI · NAVICVLA*ri* · *infernates* ‖ *cur* · · · · · M · F · PALATIN*a* · · · · · ‖ · · · · · *pr*AEF · ANN*onae* ‖ *curam* · AGENTIBVS · · · · · · · · ‖ · · · · · · · Q · ATINIO · Q · F · · · · · · · ‖ · · · · · ORIO · M · F · AR*n* ‖ *cur* · *an*N · ĪĪĪĪ · [2]) C · MESS*io* · · · ‖ · · · · · O · L · F · HELIOD*oro* — Rep. ad turrem Amarantianam *in* V. Appia, nunc Romae, ubi vidi. Annal. Inst. Arch. 1851, p. 161; *Arch. Ztg.* 1848, p. 376.

1) A. 166. 2) *Curatore* (vel *curatoribus*) *anNi quarti* aerae cuiusdam collegii codicariorum.

6480. MIRAE IVSTITIAE ATQ EXIIIMIAE MODERATIONIS ‖ L · CREPEREIO MADALIANO V · C ‖ PROCOS · P A[1]) ET VICE SACRA IV‖DICANTI COMITI ORDINIS PRI‖MI VICARIO ITALIAE[2]) PRAEF ANN ‖ VRB[3]) CVM IVRE GLADII CON‖SVLATV[4]) PONTI ET BITHYNIAE ‖ CORRECTORI · · · · — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr.* n. 44.

1) *Provinciae Africae.* 2) Fuit *vicarius Italiae* sive *agens vicem praefecti praetorio per Italiam* circa a. 341; cf. Cod. Theod. XVI, 10, 2. 3) PRAEF*ectus* ANN*onae* VRB*is*. 4) corr. CONSVLARI. In Notit. dign. per Orientem Bithyniae consularem quidem legimus praepositum fuisse, ipsam autem provinciam a Ponto separatam.

6481. FORTISSIMO · ET · PIISSIMO · ‖ · PRINCIPI · SVO · ‖ M · AVRELIO · CARINO · ‖ RVFIVS · VOLVSIANVS · ‖ V · C · ‖ · EORVM · IVDICIO · ‖ · BEATISSIMVS · ITERVM · ‖ CORRECTOR[1]) — ab altero latere: MAVORTII ‖ · Q · FLAVIO · MAESIO · EGNATIO ‖ LOLLIANO · C · V · Q K · PRAETORI · VR‖BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI ‖ ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI ‖ TIBERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPE‖RVM PVBLICVM CONS · AQVARVM ‖ CONS CAMPANIAE COMITI FLAVIALI ‖ COMITI · ORIENTIS · COMITI PRIMI ORDINIS ‖ PROCONSVLI PROVINCIAE AFRICAE[2]) ‖ REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO — Puteolis. Bull. Neap. IV, p. 74; Gervasio, *Osservazioni sulla iscr. onoraria di Mavorzio Lolliano*, p. 41, ubi v. eruditam Borghesii epistolam de Lollianis a Firmico commemoratis; Mommsen, I. N. 2497 et 2503. Cf. Orell. 3162. 3163.

1) Titulus gravissimi momenti, quippe quo Carini aetate correctores iam fuisse probetur, de qua re dubitaverat olim Borghesius (apud Cavedonium, *Marmi modenesi* p. 291), ad Diocletiani tempora eorum originem referens; cf. quae nunc idem v. d. exposuit in Ann. Inst. Arch. 1853, p. 221 sq., item quae Mommsenius scripsit *röm. Feldm.* II, 196, qui correctores ab Aureliano institutos esse affirmant, qui Tetricum devictum correctorem sive *Lucaniae* sive *totius Italiae* fecisse dicitur. — De correctoribus extra ordinem nominalis sive legatis missis ad corrigendum statum provinciae alicuius cf. n. 6482 seq. 2) Fuit postea etiam praefectus Urbi (a. 1095), consul ordinarius et praef. praetorio Italiae (ann. 1108); Borghesi, l. l.

6482. · · · · · · · · RIO · PONTIFICI · ‖ *legato aug* · *a*D CORRIG*en*DVM · STATVM · ITALIAE · [1]) ‖ · · · · DE[2]) LEGATV*s p*RINCIPVM IN PROVINCIA ‖ · · · · · · · · INFERIOR*i*S · LEG · AVG · PR · PR · PROVINCIAE ‖ · · · · · · RIS · [3]) GERM*a*NICAE EXPEDITIONIS · LEGATO ‖ · · · · · · · IVRIDICO PER *a*EMILIAM ET LIGVRIAM · CVRATOR ‖ · · · · · · · *leg* · *prov* · *afr*ICAE REGIONIS · HIPPONIENSIS · PRAETORI ‖ · · · · · · · · *sevi*RO TVRMARVM EQVESTRIVM ‖ · · · · · · · · · · *a*MANTI*s*SIMO — Casini. Mur. 1049, 5; corr. Mommsen, I. N. 4237.

1) Legati nonnunquam extra ordinem ab imperatore in provinciam aliquam mitti solebant, ut *statum eius corrigerent*; ita Plinium a Traiano in Bithyniam missum esse constat, *quoniam multa in ea emendanda apparuerant* (Ep. X, 44). Eiusdem generis legati sunt C. Iulius Proculus, qui sub Traiano imperatore LEG*atus* fuit AVG*usti Pro Praetore* REGION*is* TRANSPADANAE, cui alio modo fieri non potest, ut legatus imperatoris praefuerit (Or. 2273 = Mar. I. A. n. XLV), et P. Pactumeius

Clemens, cuius inscriptionem v. n. 6483. Interdum etiam *correctores* appellantur, cuius nominis quamquam in Latinis exempla desiderantur, in Graecis certe exstant tituli Ti. Severi (C. I. Gr. 4033. 4034), qui *ΠΡΟΣ ΠΕΝΤΕ ΡΑΒΔΟΥΣ* dicitur *ΠΕΜΦΘΕΙΣ ΕΙΣ ΒΕΙΘΥΝΙΑΝ ΔΙΟΡΘΩΤΗΣ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΣ ΥΠΟ ΘΕΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ*, et L. Egnatii Victoris Lolliani *ΤΟΥ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΥ ΥΠΑΤΙΚΟΥ ΕΠΑΝΟΡΘΩΤΟΥ ΑΧΑΙΑΣ* (C. I. Gr. 1624); cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213 seqq., et de quinque fascibus Mommsen, Bull. Inst. 1852, p. 172 seqq. 2) *dein*DE? 3) Vel *inferioris* vel *superioris*, fortasse Pannoniae. Inscriptio enim ad aetatem M. Aurelii bellumque ab hoc contra Germanos gestum videtur pertinere.

6483. P · PACTVMEIO · P · *f* ‖ QVIR · CLEMENTI ‖ XVI-RVM · STLITIBVS · IVDICAND ‖ QVAEST · LEG · ROSIANI · GEMINI ‖ *s*OCERI · SVI · PROCOS · IN ACHAIA ‖ *tr*IB · PLEB · FETIALI · LEGATO · DIVI ‖ HADRIANI · ATHENIS · THESPIIS ‖ PLATEIS · ITEM IN THESSALIA [1] ‖ PRAETORI · VRBANO · LEGATO ‖ DIVI · HADRIANI · AD RATIONES ‖ CIVITATIVM · SYRIAE · PVTANDAS [2] ‖ LEGATO · EIVSDEM · IN · CILICIA ‖ CONSVLI · [3] LEGATO · IN · CILICIA ‖ IMP · ANTONINI · AVG · LEG · ROSIANI ‖ GEMINI · PROCOS · IN · AFRICA ‖ · · · · · RIS · · · · · · · · · · · · ‖ PATRONO · IIII · · · · · · · NIARVM [4] ‖ D D P P [5] — Constantinae. *Exploration de l'Algérie*, Archéol. pl. 153, 2.

1) Ita quoque Messius Maximus est *missus in provinciam Achaiam ad ordinandum statum liberorum civitatum* (Plin. Ep. VIII, 24; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1853, p. 213. 2) Cf. titulum sequentem et, quem paullo ante laudavi, *ΔΙΟΡΘΩΤΗΝ ΚΑΙ ΛΟΓΙΣΤΗΝ*. 3) Cos. suff. a. 138 = 891; cf. Bull. Inst. Arch. 1843, p. 194. 4) *municipiorum et coloniorum*? cf. Hamilton, *Researches in Asia Minor*, app. n. 173 (n. 6912), vel potius *IIII coloniarum*, ut est in n. 7016. 5) *Decurionum Decreto Permissu Proconsulis*.

6484. L · BVRBVLEIO · L · F · QVIR ‖ OPTATO · LIGARIA-NO · ‖ COS · [1] SODAL · AVG · LEG · IMPERAT ‖ ANTONINI · AVG · PII · PRO · PR · PROV ‖ SYRIAE IN QVO HONOR · DE-CESSIT · LEG · ‖ EIVSDEM · ET · DIVI · HADRIANI · PRO · PR · PROV ‖ CAPPAD · CVR · OPER · LOCOR · Q · PVBL · PRAEF · ‖ AERAR · SATVRN · PROCOS · SICIL · LOGISTE (sic) · ‖ SYRIAE · [2] LEGAT · LEG · XVI · FL · FIRM · CVR · REI · P · ‖ NARBON · ITEM · ANCONITANOR · ITEM · ‖ TARRICIN · CVRAT · VIAR · CLODIAE · CASSIAE ‖ CIMINAE (sic) · PR · AED · PL · Q · PONTI · ET · BITHYN · ‖ TRIB · LATICL · LEG · IX · HISPAN · III · VIR · KAPIT ‖ PATR · COL ‖ RASINIA · PIETAS · NVTR · FILIAR · EIVS ‖ S · P · P · L · D · D · D — Minturnis rep., nunc in R. Museo Neap. Borghesi, *sull' iscr. di L. Burbuleio*, *Napoli* 1838; accuratius Mommsen, I. N. 4060.

1) De eius honoribus temporibusque eorum doctissime disseruit Borghesius, l. l. — Cos. fuit ante annum 891 = 138, quo Cappadociae eum praefuisse scimus, et fortasse paullo ante a. 884; l. l. p. 56 et 77. 2) Cf. titulum praecedentem.

6485. · · ARRIO · · ‖ *q*VIR · ANTO‖NINO · PRAE*f* ‖ AERARI · SATVRN*i* ‖ IVRIDICO PER ITALIAM · *re*‖GIONIS TRANSPADA-NAE P*ri*‖MO [1] FRATRI ARVALI PRAETOR*i* ‖ CVI PRIMO IVRIS-DICTIO PVPILLA‖RIS A SANCTISSIMIS IMP MANDATA ‖ EST [2] AEDIL CVRVL AB ACTIS SENATVS SE‖VIRO EQVESTRIVM

TVRMAR TRIBVNO ‖ LATICLAVIO LEG IIII SCYTHICAE IIII ‖ VIRO VIARVM CVRANDAR QVI PROǁVIDENTIA MAXIMORVM IMPERAT MISǁSVS VRGENTIS ANNONAE DIFFCVLI (sic)ǁTATES IVVIT[3]) ET COSVLVIT (sic) SECVRIǁTATI FVNDATIS REIP · OPIBVS · ORDO ‖ CONCORDIENSIVM PATRONO OPT ‖ OB INNOCENTIAM ET LABORI (sic) — Cuncordiae. Exstat nunc penes Ioannem Muschietti Purtogruari. Ann. Inst. Arch. 1853, p. 188 seqq., ubi quae Borghesius summa cum dactrina de hoc titulo exposuit, mox exemplo quod dominus nuper edidit meliore plene confirmata sunt.

1) Iuridicos a M. Aurelio Aug. institutos esse, Capitolinus tradit (Marr. 11). Eos quinque numero et viros praetorios fuisse ex lapidibus Borgh. eruit, simul ostendens, quo modo singolis singulae regiones Italiae assignatae fuerint (l. l.). [Vide quae scripsi *röm. Feldm.* II, 192 sq. Mommsen.] — Nomen Arrii Antonini, quod olim posueramus ex coniectura Borghesii, nunc eum qui vidit ex lapide excepisse docemur, cf. l. l. p. 224 saqq. 2) Fuit igitur primus *praetor tutelaris* a M. Aurelio (Capitol. 10) et L. Vero institutus; cf. l. l. p. 191, ubi emendandum fragmentum Vat. Paulli §. 244 et scribendem esse demonstratur *ex epistolis* pro *ex epistola*. Praetores tutelares videsis apud Or. 3164; 3672 cet. [De praetore tutelari vide quae data opera exposui *epigraph. Anal.* 26, Berichte der sächs. Ges. 1852, p. 268, hunc titulum edens. Mommsen.] 3) De fame gravissima anno tertio M. Aurelii imperatoris in Italia orta v. Capitol. c. 8 et 11, qui et ipsa institutionem iuridirorum eidem fere tempori assignat.

6486. L · FVLVIO · GAVIO · *Numisio · petronio* ‖ AEMILIANO · COS · I · . . . . ‖ PONTIF ELECTO · AB · OP*timo imp · severo* ‖ ALEXANDRO · [1]) AVG · AD *ius dicendum* ‖ PER REGIONEM · TRA*nspadanam* [2]) ‖ PRAET · CAN*d* . . . . ‖ LVGDVNEN*ses* . . . . — Capuae (*S. M. di Capua*). Mommsen, I. N. 3604, cf. Or. 3134.

1) Nomen Alexandri in litura repositum est. 2) i. e. *iuridicus*.

6487. Ab iuridicis vero Italiae regionibus impositis probe distinguendi sunt *iuridici* sive *legati iuri dicundo* pruvinciarum, viri itidem praetorii, legatis pr. pr. eodem modo adiuncti, quo procousulibus legati assessures. Ex his affero *C. Sabucium C. f. Quir. Maiorem Caecilianum*, consulem suffectum sub imperio Commodi et *sodalem Augustalem Claudialem*, qui quum *tribunus plebis* et *praetor candidatus*, mox CVRAT · VIAE · SALAR · ET · ALIMENTORVM fuisset, factus est IVRID · PER · FLAMIN · ET · VMBRIAM, deinde IVRID · PROV · BRITTANNIAE [1]); postea vero praefectura aerarii militaris functus *legatus* fuit *Aug · pr · pr · prov · Belgicae* et *proconsul prov · Achaiae*. — Eius titulum in basilica Ostiensi effossum cum Borghesio communicavit Melchiorrius, ipsum monumentum mox editurus; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 24; 1853, p. 203.

1) Cf. Mur. 691, 7; Fabr. Cot. Trai. p. 10.

6488. M · VETTIO · M · F ‖ AN · VALENTI ‖ QVAESTORI · PROVINC ‖ MACEDON · AEDILI · PLEB ‖ SEVIRO · EQ · ROM · PRAET ‖ LEG · PROVINC · NARBONENS ‖ IVRID · PROVINC · BRITAN ‖ *leg* · LEG · XV · APOLLINAR ‖ PROVINCIA · BRITANNIA ‖ PATRONO — Arimini. Grut. 1102, 3; corr. Borghesius apud Tonini, *Rimini* p. 351, 4.

6489. SEX · PEDIO · SEX · F ‖ ARN · HIRRVTO ‖ LVCILIO · POLLION ‖ COS · PRAEF · AER · MILITAR ‖ LEG AVG IVRID ······ ET ‖ CALLAIC[1] ······· ‖ VIAT ······ — In fundo *Marcosimone* agri Romani. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; corr. Ann. 1853, p. 205.

1) IVRIDicus *asturiae* ET GALLAECiae; cf. Ann. 1853, l. l.

6490. T · IVLIO · SEX · F · VOLT · MAXIMO · MA ····· ‖ BROCCHO · SERVILIAN · A · QVADRON ···· ‖ L · SERVILIO · VATIAE · CASSIO · CAM ···· ‖ LEG · AVG · LEG · IIII · FLAVIAE · LEG · AVG · LEG · I · ADIVT*ricis* ‖ IVRIDICO · HISP · CITERIOR · TARRACONENS · PRA ···[1] ‖ PROVINCIAE · HISP · VLTERIORIS · BAETICAE ·[2] DON*ato* ‖ BELLO · DACICO · CORONIS · MVRALI · ET · VALLARI *et arg* | VEXILLO · TRIB · MIL · LEG · V · MACEDONIC · SEVIRO · *eq* ‖ ROM · TVRM · I · X · VIRO · STLITIBVS · DIIVDIC*andis*[3] ‖ CALAGVRRITANI · EX HISPANIA · CITERIORE · PATRO*no* — Nemausi. Millin, *voyage* IV, p. 248; Ann. Inst. Arch. 1839, p. 147; Pelet, *Inscriptions antiques que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste* n. 43. accuratius ceteris.

1) Supple PRAEt. q(uaestori). 2) Cf. IVRID. HISP. CIT apud Mur. 1033, 2 et Mommsen, I. N. 1420 (ubi v. ceteros); LEG. IVR. pROV. HISP. TARRACONENS apud Mur. 250, 2, et titulum sequentem. 3) Ita ex apographo Millingeaiano, Ann. l. l.; ceteri IVDICANDIS.

6491. Q · SERVILIO ‖ Q · F · HOR ‖ PVDENTI[1] ‖ TRIB MIL LEG IIII SCIIIIIICAI[2] Q PROIIVINCIAE SICILIAE ‖ TRIB PE[3] PRAETOR ‖ PRAE ··· RVMENIIEI DAM ··· VRIDIICO P ··· INCIAE ‖ PA ······· NF[4] ‖ MI ··· COS ERE[5] ‖ P AEL IRENAEVM — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentr. app.* n. 16; exemplum, quod hic secutus sum, communicavit mecum Borghesius, qui in Ann. Inst. Arch. 1852, p. 25. de eo verba fecit.

1) Cos. a. 919 = 166. 2) l. SCYtHICAE. 3) l. TRIB. PL. 4) l. PRAEf fRVMENtI DANdi iVRIDIiCO ProvINCIAE ‖ PAnnoniae iNF. 5) COnSuli pER? — Restituerem *praef. aer. Milit.* COS, si spatium sufficeret.

6492. L · RAGONIO · L · F · PAP · VRINATIO ‖ LARCIO · QVINTIANO · CoS ‖ SODALI HADRIANALI LEG LEG ‖ XIIII GEM DONIS · MILIT · DONATO AB ‖ IMP · (COMMODO)[1] ANTONINO AVG ‖ PROCOS · PROV · SARDIN · IVRIDICO ‖ PER · APVL · PRAEF FD PRAET ‖ AED · PL · Q · PR · PR · PROVINC · ‖ AFRICAE ·[2] SEVIRO ‖ TI · CL · PHAEDIMPVS ‖ II C[3]) — Romae, in Mus. Vat. Sarti, de cryptis Vat. p. 68; vidi ipse. Cf. 2377 et 2702, et Grut. 1029, 1.

1) Nomen Commodi erasum et postea restitutum est. 2) *Quaestor pro praetore* liberae rei publicae aetate is quaestor dicebatur, qui loco praetoris sive mortui sive absentis provinciam regebat et interdum etiam cum iure praetorio in eam missus praetoris vices agebat; imperatorum vero temporibus omnes quaestores proconsulum

eo nomine utebantur; cf. Borghesi, Decad. numism. X, 5, p. 24 sq. 3) [Num transposita littera legendum est PHAEDIMVS *Poeuit Honore Contento*? MOMMSEN.]

6493. L · MEMMIVS · C · F · GAL · Q · TR · P*leb* ‖ FRVMENTI · CVRATOR · EX · S · C ‖ PRAEFECTVS · LEG · XXVI · ET · VII ‖ LVCAE · AD · AGROS · DIVIDVNDOS ‖ PONTIFEX · ALBANVS ‖ MEMMIA · FILIA · TESTAMENTO · SVO · FIERI · IVSSIT — Romae, in Mus. Vat., ubi vidi. Card. *Dipl.* n. 326; Borghesi, Decad. num. I, 8, p. 24. Ad aetatem Augusti monumentum spectat.

6494. Q · ARTICVLEIO ‖ REGVLO ‖ PR · PROCOS · LEG · IMP · CAESARIS · AVG · P · P · ‖ PATRONO — Canusii. Mommsen, I. N. n. 640.

6495. *c* · CALPE*tano* ‖ RAN*tio* ‖ QVIRINAL*i* ‖ *va*LERIO · P · F · POMP · *Festo*[1]) ‖ *iiii*VIR · VIAR · CVRAND · T*r* · *mil* ‖ *leg* · VI · VICTR · QVAESTORI · SE*viro* ‖ *eq*vIT · ROMANOR · TR · PLEB · PRAET*ori* ‖ *soda*LI · AVGVST · LEG · PRO · PRAET · EX*ercitus* ‖ *afric*AE · [2]) COS · DONATO · AB · IMPER · *vespas* · ‖ *has*TIS · PVRIS · IIII · VEXILLIS · IIII · CO*ronis* ‖ *iiii* · VALLARI · MVRALI · CLASSICA · *Aurea*[3]) ‖ *cu*RATORI · ALVEI · TIBERIS · ET · RIPA*rum*[4]) ‖ *po*NTIF · LEG · AVG PRO · PR · PROVIN*ciae* ‖ *pa*NNONIAE ET PROVINC*iae* ‖ HISPANIAE[5]) ‖ PATRONO ‖ PLEBS · VRBANA — Tergeste. Kandler, *esplorazioni di antichità nell' agro tergestino*, n. 9; rest. Borghesi, Bull. Neap. IV, p. 34.

1) De nominibus eius cf. Grut. 197, 4 cet. 2) Cf. Tac. Hist. IV, 49: *tum legionem in Africa regebat Valerius Festus* cet. Idem Pisonem proconsulem interfecit et Garamantas fudit (l. l. 49. 50). 3) Sc. propter victoriam de Garamantis reportatam. Donis vero militaribus post consulatum commemoratis Borghesius fasces eum statim post legationem gessisse probavit, fortasse ante reditum eo honore ornatum; l. l. p. 35; recte igitur consulatum eius anno 824 = 71 assignari; cf. Mar. Arv. p. 129, et Borghesium apud Minervinium, *Tettia Caeta* p. 27. 4) Annis 825 et 826; cf. Grut. 197, 4. 5) Annis 832 et 833; cf. Grut. 245, 2; Mur. 2007, 5; 2012, 7.

6496. T HATERIO NEPOTI ‖ ATINATI PROBO ‖ PVBLICIO MATENIANO ‖ COS PONTIF TRIVMPHALIB ‖ *ornamentis honorato*[1]) ‖ · · · · · — Fulginii. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 312.

1) Ornamenta triumphalia post Traiani aetatem non commemorantur; cf. Borghesi, l. l. p. 336—349.

6497. P · TVLLIO ‖ VARRONIS · FIL ‖ STEL · VARRONI · COS[1]) ‖ AVGVRI PROCOS PROVINC ‖ AFRICAE · LEG · AVG · PRO · PR ‖ MOESIAE · SVPERIOR · CVRAT ‖ ALVEI TIBERIS · ET · RIPARVM ‖ ET · CLOACARVM VRBIS · PRAEF ‖ AERARI · SATVRNI · PROCOS · PROV ‖ BAETICAE · VLTERIORIS · HISPA‖NIAE · LEG · LEG XII · FVLMINATAE ‖ ET · VI · VICTRICIS · P · F · ‖ PRAETORI · AEDIL · CERIALI ‖ QVAESTORI · VRB · TRIBVNO ‖ MILIT · LEG · XVI · FL · X VIRO · STLITIBVS ‖ IVDICAND · PRAETORI · ETRVRIAE[2]) QVINQ‖QVENNALI · TARQVINIS ‖ P · TVLLIVS · CALLISTIO ‖ POSVIT — Tarquiniis

(*Corneto*). Bull. Inst. Arch. 1830, p. 198; Ann. eiusd. 1832, p. 151; corr. Kellerm. Vig. 249.

1) Circa aetatem Traiani; pater enim eius legatus fuerat Vespasiani (Grut. 476, 5). 2) Sc. *quindecim populorum*; cf. n. 96; 97; 3149.

6498. L · MINICIO · L · F · GAL · NATALI ‖ QVADRONIO · VERO · COS · [1]) PROCOS ‖ PROV · AFRICAE · AVGVRI · LEG · AVG ‖ PR · PR · PROVINCIAE · MOESIAE · INFER ‖ CVRATORI · OPERVM · PVBLICORVM ‖ ET · AEDIVM · SACRAR · CVRAT · VIAE ‖ FLAMIN · PRAEF · ALIMENTOR · [2]) LEG ‖ AVG · LEG · VI · VICTR · IN BRITANNIA ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · CANDIDATO ‖ QVAESTORI · CANDIDATO · DIVI ‖ HADRIANI · ET · EODEM · TEMPORE · LEGATO ‖ PROV · AFRIC · DIOECESEOS · CARTHAGINIEN ‖ PROCONSVLIS · PATRIS · SVI · [3]) TRIB · MIL · LEG · I ‖ ADIVT · P · F · ITEM · LEG · XI · CL · P · F · ITEM · LEG ‖ XIIII · GEMIN · MARTIAE · VICTRIC · III · VIRO ‖ MONETALI · A · A · A · F · F · PATRONO · MVNICIPII ‖ CVRAT · FANI · HERC · V · [4]) DECVRIONES · TIBVRT ‖ EX AERE · COLLATO · Q · Q · [5]) MAXIMI · EXEMPLI — a latere: CVRANTE ‖ M · TVLLIO · BLAESO — Tibure. *Saggiatore* 1846, vol. VI, p. 270 seqq.; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 223; vidi ipse.

1) Cos. circa a. p. R. c. 880 = 127. 2) Curam viae et alimentorum, quas postea unum munus fuisse constat, separatim Minicium obtinuisse probare conatus sum, universae rei alimentariae eum praefuisse ratus; Ann. l. l. 3) Cf. n. 5450. 4) HERCulis Victoris. 5) QuinQuennali.

6499. P · MVMMIO · P · F · GAL · SISENNAE · RVTILIANO ‖ COS · [1]) AVGVRI · PROCOS ‖ PROVINC · ASIAE · LEGATO · AVG ‖ PR · PR · MOESIAE · SVPERIORIS ‖ PRAEF · ALIMENT · PER · AEMILIAM ‖ PRAEF · AER · SATVRNI · LEG · LEG · VI ‖ VICTRIC · PRAETORI · TR · PL · QVAEST ‖ TRIB · LEG · V · MACED · XVIRO · STLITIB · IVDIC · PATRONO · MVNICIPII · CVR · FANI · H · V · [2]) SALIO · HERCVLANI · AVGVSTALES ‖ L · D · S · C ‖ in dextro latere: DEDICATA KAL IVN · MAXIMO ‖ ET · ORFITO · COS [3]) — in sinistro: CVRANTIBVS · P · RAGONIO · SATVRNINO ET · C · MANLIO · MARCIANO Q ORDINIS AVGVSTALIVM TIBVRTIVM [4]) — Tibure. Grut. 1097, 7; Don. IV, 16; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 46 corr. ex apographo Borghesii. Vidi ipse in Museo Florentino. — Male apud Or. 3933.

1) A. 886 = 133. 2) Herculis Victoris. 3) A. 925 = 172. 4) Quaestores Augustalium praeter Tiburtinam solos novi Allifanos; cf. 3101. 3954. 7114.

6500. Q · LOLLIO M / IL ‖ QVIR VRBICO [1]) COS ‖ LEG AVG PROVINC GERM ‖ INFERIORIS FETIALI LEGATO [2]) ‖ IMP *hA*DRIANI IN EXPEDITIONE ‖ IVDA*i*CA QVA DONATVS EST ‖ HASTA PVRA CORONA AVREA IR · · (?) ‖ LEG AVG *leg* I M IN *dAC*i*A* (?) PR CANDIDA*to* ‖ HAST*a*R TR P*l* CAND L*eg* · PATRIS S*u*I ‖ P*r*O COS AS*i*AE [3]) QVAEST VRBIS *tr* ‖ LATICLAVIO LEG · XXII · [4]) PRIM ‖ IIIIVIRO [5]) VIARVM CVRAN*d*[6]) ‖ PATRONO D D P P —

Kedine prope Constantinam. Exscr. de Grabow; misit mihi Gerhardus. Ipse emendavi, ut potui.

1) Postea legatus Britanniae factus Britannos vicit circa a. 896 (cf. Eckhel, D. N. VII, p. 14) ac deinde in Italiam reversus praefectura urbis functus est; cf. Grut. 38, 13 et Corsinium, series praefect. urb. p. 74 sqq., quem male tempus eius praefecturae constituisse Borghesius docuit (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 225); ad eam annum pertinere caussam Volumnii Sereni, de qua Fronto (*ad amicos* II, 6 et 7) ad Arrium Antoninum refert, quem primum regionis Transpadanae iuridicum fuisse vidimus (cf. n. 6485). 2) In exemplo mecum communicato est FETIAL HE est. 3) Ita emendavi litteras AVG L MINAQRAIRCANDIDA . . . ‖ CASTR III R P CANDIDARISSIII ‖ PO COS ASAI; cf. Borghesi, Ann. 1853, p. 225. 4) IIC . XX. 5) PIII. 6) CVRANTI.

6501. C · POPILIO · C · F · QVIR · CARO ‖ PEDONI · COS · VII · VIRO · EPVLON ‖ SODALI · HADRIANALI · LEGATO ‖ IMP · CAESARIS ANTONINI AVG ‖ PII · PRO · PR · GERMANIAE · SVPER · ET · EX‖ERCITVS · IN EA · TENDENTIS · [1]) CVRATORI ‖ OPER · PVBLICOR · [2]) PRAEF · AERARI · SATVR ‖ CVRATORI · VIAR · AVRELIAE · VETERIS · ET ‖ NOVAE · CORNELIAE · ET · TRIVMPHALIS ‖ LEGATO · LEGIONIS · X · FRETENSIS ‖ A CVIVS · CVRA · SE · EXCVSAVIT · PRAETORI ‖ TRIBVNO · PLEBIS · Q · DIVI · HADRIANI · AVG ‖ IN OMNIBVS · HONORIBVS · CANDIDATO ‖ IMPERATOR · TRIB · LATICLAVIO · LEG · III ‖ CYRENEICAE · DONATO · DONIS · MILI‖TARIBVS · A DIVO · HADRIANO · OB ‖ IVDAICAM · EXPEDITIONEM · X · VIRO ‖ STLITIBVS · IVDICANDIS · PATRONO ‖ MVNICIPI · CVRATORI · MAXIMI · EXEMPLI ‖ SENATVS · P · Q · TIBVRS ‖ OPTIME · DE · RE · PVBLICA · MERITO — Tibure in Mus. Vat. translatus. Grut. 457, 6; corr. Kellerm. Vig. 247, ubi v. ceteros.

1) Cf. n. 5427. 2) Anno p. Chr. n. 150; cf. Marin. Arv. p. 220.

6502. *t* · CAESE*rnio* · *statio* ‖ QVINCTI*o* ‖ *macedoni* ‖ QVINCTIA*no* · *cos* ‖ SODALI · AVG · *curat* ‖ VIAE · APPIAE · P*raef* · *alim* ‖ LEGATO · LEGIONIS · · · · · ‖ PIAE · FIDELIS · CO*m* · *divi* · *veri* ‖ PER · ORIENTEM · [1]) *praet* · *cand* ‖ INTER · CIVES · ET · *peregr* · *trib* ‖ PLEBIS · CANDIDATO · *legato* · *per* ‖ AFRICAM · MAVR*etaniam* · *q* ‖ CANDIDATO · TRI*buno* · *mil* ‖ LEGIONIS · TR*igesimae* · *ulpiae* ‖ *vi*CTRICIS · T*riumviro* ‖ *au*RO · ARGEN*to* · *aeri* · *f* · *f* · ‖ *pat*RONO · CO*loniae* ‖ D *d* ‖ SERVI*lius* · · · · · · · · · · ‖ AMIC*o* · *optimo* — A *Civitanova* Dalmatiae in Mus. Veron. transl. Marini Arv. p. 18; ex apographo Borghesii edidi in *Zeitschr. f. A. W.* 1848, p. 297; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 230.

1) Quemquem non liquet, quo anno consul Caesernius fuerit, L. Veri comitem eum fuisse Borghesius ideo statuit, quia pater eius ante annum 903 consul fuerat; eo enim anno *consularis*, i. e. legatus pr. pr., Germaniae superioris erat, ut hac inscriptione docemur: I . O . M ‖ *e*T GENIO LO*ci* ‖ Q . TA . VI . . . ‖ SATVRNINV*s* ‖ BF . CAESERN ‖ STATIANI ‖ COS . GALLI‖CANO . ET . VE‖TERE . COS — Divione, Ann. l. l. p. 231.

6503. SE*r* · CAL*pu*R*nio* · *ser* *f* · · · · [1]) ‖ DEXTRO C M *v* [2]) ‖ *cos* ORD · [3]) XV · VIR · *Sac* · *fac* [4]) ‖ *leg* · *p*ROV · ASIAE · *cur* ·

rei · p ‖ MINTVRNENSIVM · · · · · · IA · · · ‖ ITEM CALENORVM CVR VIA*e* · AE*m* ‖ ET · ALIMENTORVM · PRAET · TVTEL ‖ *q*VA*est*ORI · CANDIDATO ‖ TRIVMVIRO MONETALI ‖ CALPVRNIA · RVFRIA ‖ AEMILIA · DOMITIA ‖ SEVERA · C · F · FILIA ‖ PATRI · PIISSIMO ‖ SECVNDVM VOLVNTATE (sic) EIVS — Rep. in fundo *Marcosimone* agri Romani, nunc in Villa Pinciana Borghesiorum. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 64; correxi in Ann. Inst. 1849, p. 228.

1) Deest tribus. 2) *Clarissimae Memoriae Viro.* 3) A. 978 = 225. 4) Mentione huius sacerdotii confirmatur etiam, titulum n. 1849 genuinum esse.

6504. P · IVLIO IVNIANO MARTIALIANO C V ‖ COS · QVAEST · PROVINCIAE ASIAE · TRIB ‖ PLEBEI · PRAETORI CVRATORI CIVITATIS CA‖LENORVM · CVRATORI VIARVM CLODIAE ‖ CASSIAE ET CIMINIAE PRAEFECTO AERARI MILI‖TARIS PROCONSVLI PROVINCIAE MACEDONIAE ‖ LEGATO LEG · III · AVG · SEVERIANAE *alexandrianae* ‖ PRAESIDI ET PATRONO RES PVBLICA CIRTENSIVM DE‖CRETO ORDINIS DEDIT DEDICAVITQVE — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk. Algerien*, n. XXIV (*Abh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2.). — Alterum apographum v. c. de Grabow communicavit mecum Gerhardus. Id cum Hefneriano exemplo verbis quidem plane conspirat, versuum tamen distributione ab eo differt. Post nomen *Severianae* alterum nomen abrasum esse indicat; in fine tituli litterae leguntur A · P · R · M, quae nescio quid sibi velint.

6505. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO ‖ *gl*ORIOSISSIMO ‖ *p*RINCIPI ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTINO ‖ *p* · F · INVICTO AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V · C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V · [1]) D · N · M · Q · EI*us* — Romae, in foro Traiani. Card. *Dipl.* n. 220; Bull. Inst. Arch. 1829, p. 37; ipse edidi in Ephem. Ienens. 1847, p. 244, postea vero archetypum vidi, unde correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

6506. C · MEVIO · C · F · DONATO ‖ IVNIANO · CONSVLI ‖ PROCONSVLI · SICILI‖AE · PROVINCIAE · PR · ‖ AEDILI · Q*uaes*TORI SI‖CILIAE PROVINCIAE ‖ CVRATO*ri* · CIVITATIVM ‖ VNIVERSARVM PRO‖VINCIAE *sici*L*i*AE · LEG · AVG ‖ P · · · · · · D-RIC · [1]) L ‖ · · · · VTDITFE ‖ desunt versus tres ‖ · · · · LERCAIIL — Lapis valde detritus exstat Lanuvii ad portam. Mur. 364, 2 = 434, 4. Ipse vidi et cum magno labore exscripsi cum Mommsenio. Litterae, quas in fine notavimus, satis incertae sunt.

1) Fortasse LEG . AVG . *Pr . pr . prov . n*ORIC*i*; sed tum ordo dignitatum turbatus est, nisi forte honores senatorios prius enumeratos, deinde vero legationes commemoratas esse credere licet.

6507. C · CAELIO · CENSORI‖NO · V · C · PRAET · CAN‖DIDATO · CONS · CVR · VIAE ‖ LATINAE · CVR · REG · VII[1]) ‖ CVR · SPLENDIDAE · CAR‖THAG · COMITI · D · N ‖ CONSTANTINI · MAXIMI · AVG ‖ ET · EXACTORI · AVRI · ET · ARGEN‖TI · PROVINCIARVM · III · COS · PRO‖VINC · SICIL ·

COS · CAMP · AVCTA ‖ IN · MELIVS · CIVITATE · SVA · ET · REFOR‖MATA · ORDO · POPVLVSQVE · ATELLANVS ‖ L · D · S · C — Atellae. Mur. 1029, 8; Mommsen, I. N. 3540, ubi v. ceteros.

1) Sc. Urbis sacrae, Severus Alexander curatores urbis XIV ex consularibus viris fecit (Lamprid. 33), quorum in lapidibus nullam aliam mentionem repperi.

6508. AVREO SAECVLO · · DDD NNN · INVICTISSIMORVM PRIN‖CIPVM VALENTINIAN*i* VALENTIS ET GRAT*i*ANI · POR-TI‖CVM A FVNDAMENTIS COEPTAM ET CON*s*TRVCTAM ‖ AN-NIVS · · MV INVS V C · C S F P N C[1]) DEDICAVIT ‖ ET D̄ N̄ GRA-TIANI *pri*N*c*IPIS NOMINE NVNCVPAVIT ‖ CVRANTE AC SVA PEC*un*IA PERFICIENTE M · · EVIO NVMI‖DIANO · · · T T · · T · · · · · · D D Q — Constantinae. *Exploration scient. de l'Algérie pl.* 125, 7; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 171.

1) *Consularis SexFascalis Provinciae Numidiae Constantinae*; cf. n. sequentem.

6509. PRO BEATITVDINE PRINCIPVM MAXIMORVM ‖ DD NN VALENTINIANI VALENTIS ADQ · GRATIANI PERPETV*orum* ‖ *se*MPER AVG*gg*[1]) FL SIMPLICIVS V C CONSVLARIS SEX*f*ASCA-LIS[2]) P N CONSTANTINAE[3]) NVMINI MAIESTATIQ EORVM SEMPER DEDITVS BASI‖LICAM DEDICAVIT RVTILIVS VERO SATVRNINVS V C PRO EDITIONE *mu*‖NERIS DEBITI A SOLO FACIENDAM EXAEDIFICANDAMQ CVRAVIT — Ibd. exscr. de Grabow; Bull. I. l.

1) In apographo Grabowii: AMPER AVGCC. 2) In eodem SEXPASCALIS; corr. Mommsen, qui ibd. docte de sex fascibus magistratuum senatoriorum s. proconsulum, quinque vero fascibus legatorum Augusti disputat, maleque apud Dionem 53, 13 pro ῥαβδούχοις δὲ δὴ πέντε πάντες ὁμοίως οἱ ἀντιστράτηγοι χρῶνται ab editoribus ἓξ emendatum esse demonstrat. Quod autem addit auctor: καὶ ὅσοι γε οὐκ ἐκ τῶν ὑπατευκότων εἰσί, καὶ ὀνομάζονται ἀπ' αὐτοῦ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου, idem v. d. documento quodam satis certo confirmat, titulo celeberrimo in oppido *Torigny* asservato (Mor. 575, 1; Spon. misc. p. 282), quem ex exemplo nuper a Francogallis divulgato (*Mém. des antiquaires de France* VII, p. 278) ipse denuo edidit (*Epigr. Anall. 22. in Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852, p. 235 sq.), nomen QVINQVEFASCALIS recte legi suo iure asserens; cf. C. I. Gr. 4033. 4034. πρὸς πέντε ῥάβδους πεμφθέντα εἰς Βειθυνίαν cet. 3) Non civitatem modo Cirtensem, sed totam provinciam Numidiam a Constantino nomen accepisse hac sola inscriptione docemur.

6510. TEMPLVM · DEI · SOLIS · MIT · AVREL · IVSTINIA-NVS · V · P · DVX · LABEFACTATVM · RESTITVIT — Ad montem D. Donati in Stiria. Muchar, *Gesch. v. Steiermark* I, p. 374.

6511. BETITIO · · · · · · · · ‖ *p*IO MAXIMILI*ano* · · · · ‖ CON-SVLARI · C*ampaniae* · *cur* · *r* · *p* · ‖ COL · CARTHAG*inis* ‖ VICE · OPERVM · P*ublicorum*[1]) ‖ PATRICIO · INTER *praetorios* ‖ *relato*[2]) · · · · — Aeclani. Guarini, comm. XII, p. 14; in litteris ad Institutum arch. datis praeter varia nonnulla minoris momenti in v. 6. legit AL-LECTO · IN · FR · Mommsen, I. N. 1109.

1) Cf. titulum sequentem. 2) Ita scripsi, quia ex inscriptione sequenti munus vices agentis curatoris operum publicorum praetorium esse cognovarum.

6512. T · CLODIO · M · F · · · · · · · · · · · ‖ PVPIENO · PVL-CHRO · M*aximo*[1]) · · · · · · · · ‖ C · V · COS ·[2]) CVR · AED · SACRE ·

T (sic) · OPER · P*ublicor* ‖ CVR · R · P · BENEVENT · ELECTO · IVD · SACRO · 3) AD · *census* ‖ ACCEPT · 4) PER · PROV · VELGICAM CVR · RP · LEPTIM · 5) ‖ ET · TRIPOLITANOR · VICE OPER · 6) PVBL · PRO · COS · ‖ PROV · MACEDONIAE · CVR · RP · CATINENSIVM · ‖ PR · VRB · Q · K · XV · VIRO · S · F · 7) TRIVMVIRO MONETALI · ‖ PATRONO · MVNICIPII · ‖ S · P · Q · T — Tibure. *Saggiatore* III, 5, p. 292 seqq.; Bull. Inst. Arch. 1849, p. 95; vidi ipse.

1) Filius antea ignotus Pupieni Augusti: cf. quae Borghesium secutus Melchiorrius exposuit, *Sagg.* l. l. p. 294. 2) Cos. suff. anni incerti. 3) i. e. ab imperatore nominatus. 4) De legatione *ad census acceptandos*, *censibus accipiendis*, *censuum accipiendorum* v. Borghesium, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 316 seqq. 5) *Leptimagnensium* in Africa. 6) Hoc officium cave confundas cum munere *subcuratoris operum publicorum*, quae equestris dignitas est; v. tit. sequentem. 7) XV viri sacris faciundis militia liberati erant; unde satis explicatur, quod munera militaria in titulo Pupieni desiderantur. Ceterum Caracallum honoris specie omnes senatores militia exemisse Borghesius suspicatus est; *Dipl. di Traj. Decio*, p. 57 (in Actis Acad. pont. Arch. X, p. 181).

6513. . . . . ‖ . . . . . . C . . . . F AVG ‖ LVSNANOR ETEM COM PT ‖ BRBVCoR SVBCVR VM ‖ ILMAINIAE ET ALIMENT 1) ‖ SVB CVR OPERVM PVBL ‖ IVLIA LVCILLA C · F · MARITO ‖ B M VIX AN XLVIII ‖ M · V · D · XXV — *Campelville* Northumbriae. Hodgson, *descr. of the county of Northumberland* p. 153; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 74.

1) l. COH Ī AVG LVSITANORVM ITEM COH ĪĪ BREVCOR SVB CVR*(ator)* VIAE FLAMINIAE ET ALIMENT, Borghesi Bull. l. l. — Novum *subcuratorum* officium est, nisi quod Dig. III, 5, 30 in municipiis commemoratur.

6514. Q · STATIO · Q · F · QVIR · SYRO · AED ‖ QVAEST · ALI*m* · QVAEST · MVN · PELT · PRAEF · IVR ‖ DIC · MVN · PELT · VIOC · VIAE · CLAVD · 1) FLAM · DIVI ‖ AVG ‖ P · STATIVS · Q · F · QVIR · SEVERVS · PATRI ‖ PIENTISSIMO — Ofenae (male Ameriae Mur.). Mur. 747, 1; corr. Mommsen, I. N. 6039.

1) Idem magistratus *curator viae Claudiae* in alio titulo Peltuinati dicitur (Mur. 747, 2 = I. N. 6040), bene autem distinguendus est a praetoriis viarum suburbanarum curatoribus. Quamquam etiam viocuros illos magistratus publicos fuisse, licet decreto quoque decurionum in iis eligendis opus esset, monumento quodam Sorano docemur, in quo *viocurus ex senatus consulto et decurionum decreto* commemoratur. Id quomodo fieri potuerit, facile intelliges, si civitates quoque ad vias sive muniendas sive tuendas vectigalia contulisse in mentem tibi revocaveris; cf. Ann. Inst. 1844, p. 85:

6515. M · BAEBIO · M · F ‖ ROM · SECVNDO ‖ AED · P*r*AEF · I · D · IIVIR ‖ Q*q* · *v*IOCVRO · EX · S C · ET · DD ‖ M · BAEBIVS · M · F · ROM · SABINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · SEPTIMINVS ‖ M · VALERIVS · M · F · ROM · IVCVNDINVS ‖ HERED EIVS EX TESTAMENTO ‖ L D D D CVIVS DEDIC CRVSTVM ‖ ET MVLSVM POPVLO DIVISVM ‖ EST — Grut. 373, 8; ex apographo et ectypo a Brunnio confectis corr. Mommsen, I. N. 4497.

6516. M · ANTONIO ‖ VITELLIANO ‖ V · E · PATR · COL · ‖ CANVS · P · P · TRAC‖TVS · 1) APVLIAE ‖ CALABRIAE · LV‖CANIAE · BRVTTIOR · ‖ OB · INSIGNEM · EIVS · ‖ ERGA · PA-

TRIAM · AC · ‖ CIVES · ADFECTIONEM ‖ ET SINGVLAREM IN- ‖ DVSTRIAM AD QVIETEM ‖ REGIONIS SERVANDAM ‖ POSTVLATV POPVLI ‖ D · D · P — Canusii. Mommsen, I. N. 646.

1) Magistratus esse videtur extra ordinem institutus *ad quietem regionis servandam*; cf. *praepositam Umbriae, Piceni et Apuliae*, Or. 3175.

6517. *l* · *gab*INIO · L · F · TER ‖ *cosminn*O · TRIB · LEG · VI ‖ ····· FLAM · PONT · P · COL ‖ *macrini* · *her*MOGENIANI · [1]) C · V · PRO‖*consulis* · AFRIC · CONSOCERO · PA*t* ‖ · · *gabini* · *te*R · ASPRI · PON · AVGVR ‖ *a patrimonii*O · AVGG · NN · ET · GRAPH[2]) ‖ *imp* · *antoni*NI · PATRONO · COL · TRI‖*dent* · *avo* · · · *g*ABINI · VINDICIS · POMPE‖*iani* · *patr* · *e*T · CVR · RERVM · PVBL ‖ *munic* · *prive*RNAT · ET · INTERAMN ‖ *lirenat* · *ad*VOR · SPLENDID · COLON ‖ ····· *venafra*NOR · ET · CASINATIVM ‖ *quod* · *operib* · PVB · NON · SOLVM ‖ *servandi*S · VERVM · ET · AVGEN‖*dis* · *omnem* · SOLLICITVDINEM ‖ *intenderit* *f*ORMAMQ · AQVAE ‖ *ductus* · · · · DINI[3]) · INCVRIA · CON‖*lapsam* · *sing*VLARI · INNOCEN‖*tia* · *afflicti*S · REIP · VIRIBVS · RES‖*ti*TVERIT ‖ *interamna*TES · LIRENATES ‖ *patr* · *et* · *cur* · R · P · SVAE — Venafri. Descr. Garruccius; rest. Mommsenius. Mommsen, I. N. 4618.

1) Borghesius collato titulo I. N. 4619 Hermogenianum filium esse censet Macrinii Vindicis pr. pr. M. Aurelii Augusti; unde imperatores Severum et Caracallum esse apparet. 2) GRAPH*eum*, *γραφέα* dictum esse qui ab epistolis Graecis erat, B. suspicatus est; similiter *a patrimonio et ab epistolis* op. cit. n. 801. 3) [Nonne DIVT*ina*? MOMMSEN.]

6518. ····· *p*RAEF · VIGIL*um* ‖ FLAMINI · VVL[1]) ‖ MAGISTRO A LI*bellis* ‖ *ma*GISTRO A CE*nsibus* — Cusercolis, sed Roma allatus videtur esse. Vidit Rocchi; dedit mihi Borghesius.

1) Vulcani ?

6519. TI · CLAVDIO · ZENONI · VLPIAN · VERRAE · F ‖ TRIB · COH · I · ASTVRVM · TRIB · COH · I · FL ‖ BRITTON · PRAEF · ALAE · I · CLAVD · MILL ‖ ADIVT · AD · CENS · EX · SACRA · IVSSIONE ‖ ADHIBIT · IN · CONSIL · PRAEF · PRAET · ‖ ITEM · VRB*i* · PROC · AD · B · DAMNATORVM[1]) ‖ PROC · SILICVM · VIAR · SACRAE · VRBIS ‖ SVB · PRAEF · VIGIL · R · PROC · PRIVATAE ‖ REGIONIS · ARIMINENSIVM · PATRONO · ‖ COL · PISAVR · OB · EXIMIAM · ERGA · SE ‖ AC · PATRIAM · SVAM · BENEVOLENTIAM ‖ EIVS ‖ ··········· — Pisauri. Mur. 1114, 5; corr. Marini, Arv. 474, not. 33; Kellerm. Vig. 30, a.

1) *Bona* DAMNATORVM.

6520. P · BASSILIO · P · FILIO ‖ CRESCENTI · ‖ TRIB · COH · I · GERMANOR · ‖ PROC · LVDI · MATVTINI · ‖ PROC · ANNONAE · AVG · OSTIS · [1]) ‖ C · VETTIVS · MERCVRIVS · CORN · [2]) ‖ EIVS · OB · DEDICAT · STATVAE · SPORTVL · ‖ NVMERO · S · S · [3]) VIRITIM · DEDIT · ‖ NVMERVS · CALIGATORVM · [4]) ‖ DECVRIAR · XVI · ‖ COLLEG · FABRVM · ‖ TIGNVAR · OSTIS · ‖ CVRA · AGENTIB · Q · TVRRANIO · ‖ HERMOGENEN · M · OCTAVIO ‖ ASCLEPIODOT · Q · TVLLIO · VITA‖LIONE · MAG · QQ ·

LVSTR · XXXIII — Ostiis eff., nunc in Mus. Vat. Kellerm. Vig. 274; vidi ipse.

1) Procuratores annonae, qui sub dispositione erant praefecti annonae urbis sacrae, Ostiis, in provinciis Narbonensi et Liguria, in Hispania, in civitatibus Africae cet. inveniantur; cf. titulos sequentes et n. 3655. 2) CORNicularius. 3) SubScripto. 4) Caligatos in militia gregarios esse constat; in collegiis igitur corporati non honorati erant.

6521. Q · ACILIO · C · F · PAPIRIa ‖ TVSCO V E PROC AN-‖NONAE AVGGG N N N *thibur*‖SICENSIVM [1]) PROC *ad* ‖ RES THEATRI POMP*eiani* [2]) ‖ *fISCi* ADVOCATO COD*icill*‖ARI [3]) STATIONIS HERED*ita*‖TIVM ET COHAERENTIVM CV*r* ‖ LAVRENTIVM VICO AVGVSTINORVM ‖ SACERDOTI LAVRENTIVM ‖ LAV*ina*TIVM RESP ‖ MVNICIPI SEVERIANI ANTONI‖NIAN LIB THIB BVRE [4]) ‖ PATRONO — Thibursicumburi. Maff. M. V. 461, 1; Temple, *Excursions* II, p. 310, 32; ex apographo Catherwoodii rest. Borghesius, *Jen. Litteraturztg.* 1847, n. 63, p. 250.

1) Nota sunt horrea sparsa per oppida Africae, in quibus annona sacrae urbis colligebatur (Amm. Marc. 28, 1, §. 17.) 2) Cf. n. 2637, in quo quamvis interpolato *procurator* tamen *ob scaena imperatoris Caesaris Domitiani* fortasse genuinus est. 3) i. e. nominatus ab imperatore. 4) LIBeri THIBursici BVRE

6522. SEX · IVLIO · SEX · F · QVIR · POSSESSORI ‖ PRAEF · COH · III · GALLOR · [1]) PRAEPOSITO NVMERI ‖ SYROR · SAGITTARIORVM · [2]) ITEM · ALAE · PRIMAE · HISPA‖NOR CVRATORI · CIVITATIS · ROMVLENSIVM · MAV‖RENSIVM · [3]) TRIBVNO · XII · L · FVLMINATR · [4]) CVRATORI · COLONIAE ARIENSIVM [5]) ADLECTO ‖ IN DECVRIAS [6]) AB OPTIMIS MAXIMISQVE ‖ IMPP · ANTONINO · ET · VERO · AVGG · ADIV‖TORI · · · · · · · ANTONINI · PRAEF · ANNON ‖ AD OTIVM · · · · · · · · · HISPANVM RECEN‖SENTVM · [7]) ITEM · SOLAMINA · [8]) TRANSFE‖RENDA · ITEM · VECTVRAS · NAVICVLA‖RIIS EXSOLVENDAS · PROC · AVGG · AD ‖ RIPAM BAETIS · SCAPHARII · HISPALEN‖SES OB · INNOCENTIAM · IVSTITIAM‖QVE · EIVS . SINGVLAREM — Hispali. Doni V, 50; Mur. 1099, 6; in ephem. Hispan. quibus nomen est *Gaceta de Madrid*, 1846, April. 26, titulus denuo editus eodem mense Hispali repertus esse dicitur, sive novum quoddam exemplum est, sive vetus illud diu notum. Quae diverse ibi leguntur, nisi aperte perperam exscripta sunt, in notis adiungam, neglecta tamen versuum distributione.

1) GALLORVM. 2) SAGITTARIOR. 3) M. ARVENSIVM, i. e. *Municipii* ARVENSIVM, recte; cf. Or. 164: *Municipii Martii* [imo *Municipes Municipii* [Mommsen.] *Flavii* ARVENSIS. 4) FVLMINATOR; emenda Leg. XII. FVLMINAT*ae*, ut Donius quoque nomen legionis exhibet. 5) ARCENSIVM male. 6) sc. quinque. 7) In his exempla omnia conspirant; sed quamvis facile pro *recensentum* emendetur RECENSENDVM, minime tamen intelligo, quid sit OTIVM cet. [AD OLEVM HISPANVM RECENSENDVM puto. De oleo arbicario vide Gothofred. ad C. Th. XIV, 15, 3. Mommsen.] — Antoninus ille praefectus quidem annonae sacrae urbis est. 8) Subsidia rede annonaria; cf. lex. Forcell. s. v.

6523. IMP CAESARI M AVRELIO ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO ‖ FELICE (sic) AVG ET IVLIE MAMEAE ‖ MATRI DOMINI

N · ET · CASTROR ‖ TOTIVSQ · D · D · STATION · FRVMENTARIORVM ‖ LOCVS ADSIGNATVS · AB · AGRICOLA · AVG · LIB · PROC · P · V [1]) ‖ ET PETRONIO · MAXSIMO · 7 · ANN · ET · FABIO · MARONAE (sic) · 7 ‖ OPERVM · [2]) DEDIC · III · NON · AVG · APPIO · CL · IVLIANO · ET · BRVTT ‖ CRISPINO · COS · [3]) PATRONO · Q TVRRANIO MASILA · CVRA ‖ AGENTE P · FLAVIO · FL · FILIO · FELICI · IVNIORE ‖ ET · VALERIO · DONATO · CVR [4]) — In aedibus episcopalibus Portuensibus; ipse exscripsi. Giorn. Arcad. XXVIII, 1825, p. 345. Nomina Alexandri et Mammaeae erasa data tamen opera leguntur.

1) *Portus Vtriusque.* 2) Centuriones annonae et operum in hoc titulo primum inveni; de iis cf. quae exposui in Eph. litt. Ienens. 1847, p. 245. 3) A. 977 = 224. 4) CVR*atoribus*, *sc.* stationis.

6524. L · COMINIO VIPSANIO SALVTARI ‖ DOMO ROMA P · V · A COGNITIONIBVS [1]) ‖ DOMINI N ‖ IMP · L · SEPTIMII · SEVERI · PERTINACIS ‖ AVGVSTI ‖ PROC · PROV · BAET · PROC · CAPIEND · VECT [2]) ‖ PROC · PROV · SICIL · PROC · ALIMENTOR ‖ PER APVLIAM · CALABR · LVCANIAM ‖ BRVTTIOS · SVBPROC · LVDI · MAGNI ‖ OPTIMO · VIRO · ET · INTEGRISSIMO ‖ IRENAEVS · AVG · N · VER · DISP · PORTVS ‖ ILIPENSIS [3]) PRAEPOSITO ‖ SANCTISSIMO — Hispali. *Mem. de la R. Academia de la historia, Madrid*, t. V, 1817, p. XXI.

1) Mac. Arv. p. 798 assessores principum in iure dicundo *a cognitionibus* appellatos bene ab iis distinguit, qui *electi* dicuntur *ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones.* 2) Cf. *procuratorem vectigaliorum populi Romani*, Grut. 402, 4. 3) Strab. III, p. 174, Plin. N. H. III, 3, 11.

6525. D · M ‖ PHOEBI · ACTES ‖ AVG · L · [1]) L · PROC ‖ SVMM [2]) ‖ DEMETRIVS ‖ PENSATA ‖ PARENT · OPTIM — Romae. Borghesius repperit in codice Rigazziano Ariminensi.

1) Neronis amica. 2) SVMM*arum*, sc. rationum; cf. *rationalem summarum* C. Th. X, 1, 7, et Avellino, Opusc. III, p. 34.

6526. GAVDENTI ‖ C LVCCEIO PETILIO C · V ‖ PRAEPOSITO IN VRBE RO‖MA THERMARVM FELICIVM ‖ CONSTANTINIANARVM PLENO ‖ HVMANITATIS ET IVSTITIAE MA‖GISTRO · AEQVITATIS ET TOTIVS AVC‖TORI GRAVITATIS ET BENIBOLENTIAE ‖ SAPIENTISSIMO ET ELOQVEN‖TISSIMO PRO SVMMA IN ‖ SE BONITATE IN CVRIA QVOD OMNE ‖ GENVS EIVS PEDESTRIBVS STATVIS ‖ TOT TANTISQVE DISPOSITIS MERITVM ‖ OSTENDAT INSIGNEM PATRONO PRAES‖TANTISSIMO EXCVBIIS EIVS SEMPER FVL‖TVS SPLENDIDISSIMVS ORDO ‖ ABELL*i*NA*tiu*M ‖ CENS — Abellini. Mommsen, I. N. 1882.

6527. L AELIO ‖ CAESARE N II ET BAL‖BINO COS [1]) RATIONIS ‖ VRBICAE [2]) SVB CVR IRENAEI ‖ AVG LIB PROC [3]) CAESVRA TVLLI ‖ SATVRNINI 7 LEG XXII PRIM [4]) — et:

l · AELIO CAESARE N II ‖ ET BALBINO COS RTIONIS (sic) ‖ VRBICAE SVB CVR IREN‖AEI AVG LIB PROC CAESVRA ‖ TVLLI SATVRNINI 7 LEG ‖ XXII PRIM — Romae, sub duabus columnis

ad Tiberim effossis in loco qui dicitur *la Marmorata*, in quo antiquis aeque ac nostris temporibus marmora adservabantur mari Romam allata. Exstant nunc in Museo Lateranensi. Ann. Inst. Arch. 1843, p. 333.

1) A. 890 = 137. 2) Quum *procurator libertus Augusti* rationi urbicae praesit, ad rationem patrimonii eam pertinuisse suspicatus sum; sub dispositione enim comitis rerum privatarum tempore posteriore *rationalis* et *procurator rei privatae per urbem* erant (Not. dign. per Occ. XI, p. 51, ed. Böcking.), *comes* autem *rerum privatarum* in locum *procuratoris patrimonii* successerat; cf. *rationem urbis Romae*, Grut. 1098, 1; *procuratorem in urbe*, Spon, Miscell. p. 148; *stationem urbanam Augusti*, Marini in Ms. Vaticano de monumentis plumbeis, n. 7 et 65. 3) i. e. PROC*urator in urbe* (Spon. l. l.): cf. Ulp. Dig. l. IV, 4, fr. 11, §. 2: *urbica procuratio*. 4) Centuriones operibus publicis nonnunquam praepositos esse constat. — Ceterum pro Tolli Saturnini fortasse legendum est IVLII Saturnini. Litterae enim parum profundae minus facile distinguuntur, quum rubro indutae sint. T. Iulium Saturninum procuratorem Augustorum habes Donat. 15, 7 = Lersch, C. M. III, 11; cf. n. 5949.

6528. D · M ‖ M · AVR · AVG · LIB · PHILETVS ‖ PREPOSITVS (sic) · VNCTOR · ‖ ET · PROC · FARI · ALEXAN‖DRIAE · AD · HEGYPTVM (sic) · SIBI ‖ ET · PHILETO · FIL · ET · TYCHE ‖ COIVGI · SVE · ET · LIB · LIB · ‖ POSTERQ · EORVM — Olim Romae, nunc in R. Museo Neapolitano. Mur. 890, 2; Mommsen, I. N. 6846.

6529. M · AVRELIO · BASILEO ‖ VIRO · DVCENARIO · PROC ‖ RATIONIS · CASTRENSIS · P ‖ ORDO · DECVRIONVM · OB ‖ TANTVM · AMOREM · QVEM · ERGA ‖ PATRIAM · NOSTRAM · PRAE‖STARE · CONSVEVIT — Interamnae ad Lirim. Mommsen, I. N. 4199.

CAPVT XI.

OFFICIA MINORA.

N. 3198: de *accensis velatis* disseruit nuper Mommsenius, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 209 seqq., ad tutelaio viarum officium eorum referens.

N. 3206, v. 2. num SEVERI?

N. 3219: litteras V. B. Morcelli, St. I, 92, et Furlanetto, lap. pat. p. 67 *Veronensium Bis* interpretati sunt; sed Borghesius suo iure *Viri Boni* legendum esse proposuit; *lap. pat.* p. 523.

N. 3229, cf. Grut. 1066, 5 et 1070, 1.

N. 3230 correctius apud Grut. 493, 3.

N. 3232 confictus ex n. 3231; cf. Mommsen, *de viatoribus* p. 3, n. (*Rh. Mus. N. F.* VI).

N. 3238, v. 6. AEORVM; v. 7. T. FLAVIVS; AVTIONVM; v. 8. SVSCRIPTIONE; v. 9. CHRYSIDEM; EPITEVSIX sic; praeterea versuum ordo neglectus est. Vidi ipse in Mus. Cap.

N. 3239, v. 4. BENEFICIVM pro *beneficiario* dictum esse recte Marinius affirmavit, l. l.; not. 2. male *Caiae* Or., quum sit Corneliae.

N. 3245, not. 1. expl. *Viatoria Quaestorii.*

N. 3249, v. 3. PHILARGYRVS; v. 5. DOMITAE (sic); v. 8. FITHVSAE; Mommsen, I. N. 6862.

Nota praeterea, male Orellium officia publica populi Romani cum muneribus municipalibus et servilibus confudisse.

6530. C · IVLIVS · DIVI · AVG · L ‖ NICEROS · VEDIAN · ACCES [1]) ‖ GERMANICO · CAISAR · COS · ET ‖ CALVISIO · SABINO · COS [2]) ‖ IVLIA · L · F · HELCE [3]) ‖ VIX · AN · XX — **Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani reperto. Ded. Canina.**

1) i. e. *accensus.* 2) A. 750 vel 779. 3) Fortasse HELICE.

6531. SEX · PVBLICIVS · BATHYLLVS ‖ ACCÉNSVS CÓNSVLI AVGVSTÁLIS ‖ PVTEÓLIS · ET · VENAFRÍ · SIBÍ · ET · ‖ VRVÍNEIAE · L · L · MODESTAE · VXÓRÍ · SVAE ‖ ET · L · VRVÍNEIO ADIVTÓRÍ · ET · ‖ C · IVLIO · AVCTO · FRÁTRÍ [1]) — **In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 2532.**

1) Gentilicia fratrum diversa eo explicantur, quod alter rei publicae sive Puteolanae sive Venafranae, alter C. Iulii cuiusdam libertus erat.

6532. D M S P LALIO GENTIANO ‖ ACTORI EQ ROM RARAE PROBI‖TATIS ET SAPIENTIAE IVVENI P LA‖LIVS MODESTVS ET TELESINIA ‖ CRISPINILLA PARENTES INFEL‖ICISSIMI AC

PIENTISSIM ‖ FILIO DVLCISSIMO VIXIT ANN ‖ XXI MENS XI DIEB XVIII — Telesiae. I. I. 4870; cf. 4871.

6533. HABE MARCE DVLCIS · · · · ‖ ADIVT · PROC · SVMMI CHOR [1]) ‖ MARCVS PIISSIMO PATRI — In Via Tiburtina. Volpi, *Villa di Vopisco* p. 180.

1) ADIVT*or* PROC*uratoris* SVMMI CHOR*agii*.

6534. TI · CLAVDIO ‖ AVG · LIB ‖ SECVNDO ‖ PHILIPPIANO ‖ COACTORI ‖ FLAVIA · IRENE ‖ MARITO ‖ INDVLGENTISSIMO, et:

6733. HERCVLEI · D · · · · · · · · ‖ MILITES · AFRICA*ni* · · · · · ‖ CAECILIANVS · · · · · · · · ‖ MAG · CVRAVIT · · · · · · · · · ‖ C · SALTORIVS · C · F · · · · · · · · · · — Albac. Op. cit. 5613.

6734. FL · IOVINVS · EX P P [1]) ‖ MILITVM HISTRICORVM ‖ ET · FL · PAVLVS · BIARCVS ‖ PATER · ET · FILIVS · DOMVM ‖ A · FVNDAMENTIS ‖ IVSSERVNT · FABRICARI — In Pannonia, in comitatu *Stuhlweissenburgensi* Hungariae. Seidl, *Chronik d. arch. Funde* I, p. 25; litterae aevi recentis.

1) EX *PraePosito*. 2) Biarchorum tertius gradus inter *agentes in rebus* fuit; cf. Cod. 3, de agent. in reb. XII, 20; cf. 2. §. 20 de off. Pr. Pr. Afr. 1, 27, et Gothofr. ad C. Th. VI, 27, 7.

6735. · · · · RIVS · C · F · AEM · GAL ‖ *prae*F · LEVIS · ARMATVRAE[1]) ‖ HISPANIENSIS ‖ · · · VRIVS · C · F · M · N · AEM — Caietae. Mur. 875, 9; Mommsen, I. N. 4100.

1) Cf. n. 3426.

6736. Hic exempla aliquot adiungere placet aedificiorum in usum militum erectorum:

IMP · CAES M AVRELIO ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO FEL AVG ‖ PONT MAXIMO TRIB POT COS P P COH Ī AEL ‖ HISPANORVM M EQ DEVOTA NVMINI ‖ MAIESTATIQVE EIVS BASELICAM ‖ EQVESTREM EXERCITATORIAM ‖ IAMPRIDEM A SOLO COEPTAM ‖ AEDIFICAVIT CONSVMMAVITQVE ‖ SVB CVRA MARI VALERIANI LEG ‖ AVG PR PR INSTANTE M AVRELIO ‖ SALVIO TRIB · COH · IMP · D · N ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO FEL ‖ AVG COS[1]) — *Netherby*, Cumbriae. *Philos. Transactions* LIII, p. 134; Lysons, Reliquiae Brit. Rom. IV, p. CLVII, n. 84.

1) Severus Alexander Caesar cos. a. 222 cum Elagabalo, quo occiso solus nono oomen dedit.

6737. IMP · CAES · M · AVRELIO ‖ SEVERO · ANTONINO · AVG · BVR‖GVM · SPECVLATORVM · ANTO ‖ M · VAL · SENECIO · LEG · EIVS · PR ‖ PR · C · V · FIERI · IVSSIT · C · A · [1]) C · IVLIO · AELVRIONE · LEG · III · AVG · ANTO · PRAE[2]) — „*Loth-Bordj entre el Kantara et Biskra.*“ Renier, Archives des missions 1851, p. 443; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 168.

1) *Curam Agente.* 2) *i. e.* PRAE*fecto* LEG*ionis* III AVG*ustae* ANTO*ninianae*.

6738. GENIO ‖ PRAESI*dii*[1]) ‖ ET ‖ MONIM*enti* ‖ *c*OH VII BRE*ucor* ‖ *c* R EQ[2]) CVI PRA*eest* ‖ M OCL[3]) RVFV*s pr*‖AEF *c · a* ‖ P AEL C · · · · · — *Knodara* inter Leucosiam et Salamina Cypri. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 35.

1) Cf. Or. 4987. 2) *civium Romanorum* EQ*uitata.* 3) M. OCL*atius.*

6739. PEDATVRA *f*ELICITER ‖ FINIT · PRIM*a*NORVM[1]) ‖ D P[2]) — Rep. Treveris ad murum longum qui dicitur; nunc Bonnae. *Rhein. Jahrbb.* III, p. 98, n. 74.

1) Intellige milites legionis primae. 2) 500 pedes, vel passus.

6740. PEDΣ · [1]) TREVEROR‖VM · P · LXXXXVI ‖ SVB · CVRA · AGENTE · CRES‖CENTINO · RESBECTO · 7 ‖ LEG · VIII · AVG — *Hoheburg* in ducatu Nassoviensi, nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. et Dan. I, 693, ubi v. ceteros.

1) Priores editores scripserant PED*ites* N*umeri*; sed v. cl. Habel Wiesbadensis verae lectionis Steinero auctor fuit; cf. titulum Oehringensem (Stälin, *Würtemb. Gesch.* I, p. 56, n. 163; Steiner, I. Rh. 19; I. Dan. et Rh. I, n. 52 cet.).

6741. PED · Ɔ · IVL · SILVA‖NI · SVB · CVRA ‖ VATERCVLI · PRO‖CVLI · > · LEGIO ‖ VIII · AVG · OPVS · PER ·

Cum his titulis cf. etiam cippos singulos singularum cohortium

numeris insignitos, quos in stativis Lambaesitanis legionis tertiae Augustae in suo quemque loco adhuc exstantes Renierus repperit.

§. 2. IMPERATORES. LEGATI. PRAEFECTI VARII GENERIS. TRIBVNI MIL. PRIMIPILI. CENTVRIONES. OPTIONES.

N. 3417, v. 1. AP . CLAVDIO . C . F; Mommsen, I. N. 2404, qui anno U. c. 716 eius consulatum tribuit.

N. 3418: est P. Sulpicius Rufus leg. Caesaris in Gallia (B. G. IV, 12; VII, 30), censor a. 712 cum L. Antonio; imperator dicitur a Cic. ep. ad fam. XIII, 17; cf. Borghesi, *sulla serie degli ultimi censori*, Act. Accad. pont. Arch. VII, p. 214. 215, et apud de Minicis, *Ghionde miseili* p. 37.

N. 3419: de eo cf. Dion. LI, 20; Borghesi l. l. p. 135.

N. 3420 et 3421: *imperatoris* et *imp.* minime est nomen honoris causa duci alicui inditum, sed in altera quidem inscriptione coniunge *adiutoris haruspicum imperatoris* (i. e. Caesaris), in altera vero lege PRAE*f . pr* . IMP; cf. n. 5477. Spectat ad Anniam Flaviam Faustinam, de qua v. l. l.

N. 3423: Oliverius tribuit Firmo; l. l. — Male Or. *praepositos* legionum pro iisdem habet cum praefectis earum; cf. quae ipse exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, de tabula hon. miss. Domitiani disserens, et Ann. Inst. Arch. 1850, p. 40 seqq., ubi praepositos duces fuisse probavi pro tempore tantum et extra ordinem datos, notam vero P . P . in legionibus semper fere primipilares indicare. Vide postea nn. 6748 seq.

N. 3424: mihi certe valde dubius, cum titulus, etiamsi genuinus, recte descriptus sit; sed ne de genuinitate quidem mihi constat.

N. 3425, v. ult. fortasse VII gEMIN PIAE FELIC; quam emendationem in titulo Hispano non nimis improbabilem si parum probas, lege gEM et titulum mutilum esse, praefecturam autem alae sequi crede.

N. 3428: de *praefectis fabrum* disputavit nuper Borghesius, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 46 seqq.; ie omnes titulos, in quibus praefecti fabrum legionis alicuius leguntur, spurios esse confirmavit, a ducibus vero exercituum provinciarumve praesidibus in tempus magistratus eorum eos nominatos esse docuit; unde facile intelligitur, quo modo in monumentis praefecti fabrum iterum, tertium, sexto commemorari possint.

N. 3434: M. ille Silanus per sexennium (785—791 U. c.) proconsul Africae fuit, et, quoties magistratus ei prorogatus esset, Macro quoque praefecturam fabrum confirmavit, Borghesi, l. l.

N. 3435: *praefectos vigilum* Nemausenses praeter duos Orellio notos quinque alios Kellermannus recensuit, Vig. n. 22—28; cf. n. 6754.

N. 3436: v. ult. NVSS (sic); Kellerm. Vig. 30.

N. 3439: Mommsenius, I. N. 834*, immerito inter falsos retulit [imo condemnare me negavi, dubitavi de loco. Mommsen.]; exstare enim titulum *in fronte ecclesiae S. Ioannis Baptistae extra oppidum Galliani ad occasum*, *alt. palm.* 2 1/4, *lat. p.* 4, Giovenazzius tradidit testis locupletissimus inque eius schedis in Bibliotheca Vaticana adservatis de Rossi repperit. Nuper autem vidit eum Brunnius.

N. 3442 et 3443. *tribunum semestrem*, cuius unicum antea exemplum in his titulis lectionis nimis incertae (cf. Grut. 487, 9) exstabat, Mommsenius nunc in monumento Tarvisiensi loco *vituli marini caemeteri* invenit; cf. Epigr. Anall. 22 (*Ber. d. Sächs. Ges. d. W.* 1852, p. 249).

N. 3446, v. 3. PVBLICE. *Comites legionum* omnes spurii sunt; quattuor enim, quos Sponius ex schedis Barberinis protulit, et exigua harum auctoritas suspectos reddit, et in nominibus hominum, legionum, civitatium pluria insunt, quae confictos titulos esse declarant. Eorum unum Fabrettius 607, 57 denuo proposuit, sed ex appendice ad vitam Colotii fraudibus scatenti; de eo cf. etiam Borghesium, *Burbul.* p. 37.

N. 3448, penult. IMPENSA; vidi ipse in Mus. Lateranensi.

N. 3451, maxime suspectus. Nota tribunum post centuriones laudatum, legionis numerum ante ipsam citatam, praenomen cum cognomine consociatum, notam PRI. PRI parum probabilem. Denique ex schedis tantum refertur, ut etiam

N. 3452, in quo hastatus et princeps posteriores, in hac unica inscriptione obvii, suspicionem excitant, ex Vegetii (II, 8) *hastato primo* et *secundo* et *triario priore* eos confictos esse. Quum tamen cetera bene se habeant (cf. etiam 3460; 4962; 6782; 6783), ne de illis quidem diiudicare ausim. Cf. nunc Marquardt *R. Alterth.* III, 2. p. 280 sq.

N. 3453, v. 1. M . BLOSSIO ‖ Q . F . ANI; in fine: PATRONO . OPTVMO ‖ FECIT . ITEM SIBI ET LIBERTIS ‖ ET LIBERTABVS SVIS cet.; LONG . P . XXX cet. — Multo versuum ordinem ab Orellio neglectum. Kellerm. Vig. 276; vide ipse.

N. 3454: v. 3. pro legione PHAL*angaria* Hagenbuchii facili emendatione scribe I . ITAL, quam hoc loco legi debere versu 5 satis apparet; v. 6. corr. CORONA VALL; quae in fine tituli leguntur, ita interpretor, centurionis signum male pro X lectum esse ratus: MILIT*avit* (sc. gregarius) XIIII (sc. annis) ‖ PR*omotus* POST . ANNIS (pro *annos*) $\overline{XI}$, quos annorum numeros si fas est credere absolutos fuisse, legitima efficitur aetas coeptae militiae.

N. 3456, v. 1. SEX AETRIO . S*ex* . *f*.; v. 5. EX CORNICVL ‖ PRAEF . VIGIL; Kellerm. Vig. 73; Ramalli, *Tufico* n. VIII.

N. 3457, not. 2. *Piae Vindicis*; cf. ad 1960 et Card. Dipl. XXIV.

N. 3458 = 1699, ubi vide.

N. 3459, v. 4. CARALITANO; v. 5. B . M .; fin. C . C, ita tamen ut aliquid videatur deesse.

N. 3460 = 4968, not. 1. *princeps iterum*.

N. 3462: quae varia in eo leguntur, v. apud Mommsen, I. N. 1459. Hic sufficiat proposuisse, quae in ult. vv. a nonnullis scribuntur: VARO . COS . BR . VIA ‖ MAIE-RVCIO CLARO II COS. Not. 1. l. *in cohortibus urbanis adiutor tribuni* cet.; not. 2. *optio valetudinarii et arcarii*; not. 3. separa *singularem a beneficiario*; cf. n. 3530. Not. 10. Erucius Clarus II cos. anno 146, quo anno Luccium mortuum esse crede.

6742. C · CALVISIVS · C · F ‖ SABINVS · COS ‖ IMP ‖ LXXVIII — In cippis miliariis viae Latinae, quorum alii numeris LXXV et LXXX distincti sunt. Mommsen, I. N. 6244; cf. Or. 3446.

6743. Q · LARONIVS · COS · IMP · ITER [1] — In imbricibus aquaeductus Vibonensis. Op. cit. 6306, 94; cf. Borghesi, apud Capialbi, Inscr. Vibon. p. 23.

1) Cos. a. 721; Borghesi, l. l.

6744. L · IVNIVS VICTORINVS ET L ‖ CAELIANVS [1] LEG ‖ AVG LEG VI VIC ‖ P F OB RES TRANS ‖ VALLVM PRO‖SPERE GESTAS — *Kirksteads*, *Cumberl.* Lysons, Rel. Rom. 95 apud Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CXI, n. 49.

1) ET L male adscriptum; unus enim legatus est.

6745. Q · HERENNIO · SILVIo ‖ MAXIMO · C · V · LEGAT · LEG · ‖ $\overline{II}$ ITALICAE ET ALAE ANTONI‖NIANAE [1] IVRID PER CALABR · ‖ LVCANIAM BRITTIOS · PR · AED ‖ CAER · QVAEST · VRB · CVRIO‖NI SEVIR · TVRMAE EQVIT · RO‖MANOR · CIVI ET · PATRON · COL ‖ COLLEG · FABRVM TIGNVAR ‖ QVIB · EX S C COIRE PERMIS · EST ‖ L D D D — Telesiae. Marini, *papiri dipl.* p. 374; v. Mommsen, I. N. 4851.

1) Nota legationem legionariam cum praefectura alae coniunctam.

6746. IMPP · VALERIANVS ET GALLIENVS ‖ AVGG · ET VALERIANVS NOBILISSIMVS ‖ CAES · COHORTI VII · CENTV-RIAS · [1] A SO‖LO RESTITVERVNT · PER · DESTICIVM IVBAM ‖

V · C · LEGATVM · AVGG PR · PR · ET ‖ VITVLASIVM LAETINIANVM LEG · LEG ‖ II · AVG · CVRANTE · DOMIT · POTENTINO ‖ PRAEF · LEG · EIVSDEM 2) — *Caerleon*, *Monmouth.* Lee, *Antiquities of Caerleon* p. 33, pl. XIX, apud Newton, Excerpta de Britannia, Inscr. p. CIX, n. 26b.

1) Num aedificia, in quibus singulae centuriae habitabant? 2) Hinc praefectos legionum sub cura legatorum legionibus praefuisse discimus, quorum quasi vicarii quidam erant; cf. Veget. II, 9.

6747. P · AELIO · P · F · PAPIR ‖ MARCELLO · CENT ‖ FRVM · SVB · PRINCIPI ‖ PEREGRINORVM · 1) ASTATO ‖ ET · PRINCIPI · ET · PRIMIPILO 2) ‖ LEG · $\overline{VII}$ · GEM · PIE (sic) · FEL · ADLEC‖TO · AD MVNERA · PRAEFF 3) ‖ LEGG · $\overline{VII}$ · CLAV · ET · PRIMAE ‖ ADIVTRICIS · V · E · 4) FLAMINI ‖ LVCVLARI · 5) LAVREN · LAVINA ‖ PATRONO · ET · DECVRIONI · CO‖LONIE (sic) · APVLESIVM · PATRONO ‖ CIVITAT · FORO · FLA · 6) FVLGINIA ‖ ITEMQVE · IGVVINORVM · SPLEN‖DIDISSIMVS · ORDO · FORO · FLAM · ‖ CVIVS · DEDICAT · DECVRIONIBVS ‖ ET · LIBERIS · EORVM · PANEM ‖ ET · VINVM · ET · SS XX · $\overline{N}$ · ITEM ‖ MVNICIPIBVS SS $\overline{IIII}$ · $\overline{N}$ · DEDIT — Fulginiae. Grut. 347, 1; vidit Mommsen.

1) De ratione inter frumentarios et milites peregrinos obvia disserui in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 113 sqq. 2) Veget. II, 8; intellige *primo hastato* et *primo principi*. Docet Vegetius *veterum consuetudinem tenuisse, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili.* 3) Erat igitur vice praefectorum legionum cet. 4) M. legere sibi visus est V . C, licet dubitanter; sed *Virum* modo *Egregium* Marcellum fuisse patet. 5) i. e. loci, vel loculi Laurentium; cf. n. 97. 6) FLA*minii*, Umbriae.

6748. IVLIVS · POMPILIVS · A · FIL · CORNELIA · PISO · T · VI · · · 1) ‖ · · · ENICIANVS · $\overline{X}$ · VIR · STLITIBVS · IVDICANDIS TRI*b* · *mil* · *leg* · · · · ‖ ITEM · $\overline{XV}$ · APOLLINARIS · QVAESTOR · VRB · ADLEC*tus* · *inter* · *tribunicios* · *pr* ‖ CANDIDATVS AVGVSTORVM · LEG · LEG · $\overline{XIII}$ *geminae* ‖ PRAEPOSITVS · LEGIONIBVS · $\overline{I}$ · ITALICAE · ET · $\overline{III}$ *augustae et* ‖ AVXILIORVM · 2) DATO · IVRE · GLADII · LEG · AVGVST*i* · · · · · · · ‖ CONSVL · DESIGN · · · · · · · · — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 105

1) Numidiae aetate M. Aurelii et Commodi praefuit; cf. n. 6597, quo sub finem v. 1. LAEVILLVS legendum esse docemur. 2) Quam legio I Italica in Moesia inferiore, $\overline{III}$ vero Augusta in Numidia castra habuerit, simul utrique Pompilium praefuisse vix credo. — De praepositis cf. ad n. 3423. Unicus praepositus legionis, quem antea norem, est apud Grut. 164, 4.

6749. N . MARCIO ‖ N · FIL · GAL ‖ PLAETORIO · CELERI ‖ QVAEST · $\overline{II}$ · VIR · 7 LEG · $\overline{VII}$ ‖ GEMIN · 7 LEG · XVI · FL · FIRM ‖ DONIS · DONATO · A · DIVO ‖ TRAIAN · BELLO · PARTHIC ‖ CORONA · MVRALI · TORQVIB ‖ ARMILLIS · PHALARIS . 7 LEG · II ‖ GALL · 7 LEG · $\overline{XIIII}$ · GEM · MART · VICT ‖ 7 LEG · VII · CL · P · F · 7 LEG · $\overline{I}$ · ADI · P · F · P · P · LEG ‖ EIVSDEM · PRAEPOSIT · NVMEROR ‖ TENDENTIVM · IN · PONTO · AB ‖ SARO · 1) TRIB · COH · III · VIG ‖ PATRON · CO-

LON ‖ D · D — Abellae. Grut. 1096, 6; corr. Mommsen, qui vidit, I. N. 1347.

1) Cf. *praepositos vexillationibus* n. 6693 et 5456.

6750. I · O · M ‖ SVLPICIVS · CAL‖VIO · C · LEG · I · M · PR‖AEPOSITVS · CH‖O · I · BELG · HOC · IN ‖ LOCO · MAIESTA‖TE · ET · NVMINE ‖ EIVS · SERVAT‖VS · — Naronae Dalmatiae. Lanza, *Saggio storico-statistico-medico sopra l'antica città di Narona.*

6751. PROPVGNATORI · ROMA‖NI · IMPERII · FVNDATO*ri* ‖ QVIETIS · PVBLICAE D ‖ FL · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · VICTOR*i* ‖ SEMPER · AVG · DIVI · CLAVDI · NEPOTI · DIVI ‖ CONSTANTI · FILIO ‖ SERTORIVS · SILANVS ‖ V P · PRAEPOSITVS ‖ FABRICAE · [1]) DEVOTV*s* ‖ N · M . Q · E — Ravennae. Grut. 283, 4; v. Mommsen.

1) Sc. *armorum*; Amm. Marc. XXIX, 3, 4.

6752. IMPP · SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG · BRITTANICIS (sic) · PP · ET · IVLIAE · AVG · MATRI · AVGG · ET · CASTROR · ‖ [*ET · FVLVIAE PLAVTILLAE AVG C FVLVIO PLAVTIANO PR PR*] ‖ C · V · II · [*P · SEPTIMIO GETA*] [1]) II · COS · [2]) C · IVNIO · RVFINO · PR · C · IVNIO · BALBO · S · PR [3]) ‖ M · VLPIO · CONSTANTINO · TR · C · ATTICIO · SPERATO · 7 · ‖ GENIO · 7 · II · [4]) QVI · FRVMENT · PVBL · INCISI · SVNT · KAL · MARTIS · ‖ DE · SVO · POSVERVNT · QVORVM · NOMINA · INFRA SCRIPTA SVNT · MILITES · FACT ‖ ANVLLINO · II · ET · FRONTONE · COS · [5]) ‖ T · SCVTRIVS · T · LIB · FAB · SABINIANVS · ROM · M · F · PR · K · IVN . MAGNO · PR · F P A D X · T · CXL IVKC [6]) — tredecim sequuntur nomina militum iisdem notis insignita, nisi quod diversi, quibus *Milites Focti* sint, dies commemorantur, in fine autem versuum pro K C interdum K legitur; ultimus eorum munere ADIVT*oris* fungebatur. — Post ea inscriptio ita continuatur: SEVERO · ET · VICTORINO · COS [7]) ‖ Q · SOSIVS · Q · LIB · IVL · THEOMNESTVS · REGIO · M · F · K · FEB · MAGNO · PR F P AD X T CXL · IV · K ‖ B · P [8]) L · SEPTIMIVS · L · LIB · FAB · HYGINVS · ROMA · M · F · ID · FEB · MAGNO PR F P A D X T CXL · IVC ‖ ITEM · PRINCIPALIBVS · QVIBVS · HONOREM · HABVERVNT ‖ P · TVTICANIO · HERMETI · B PR · P · AELIO · STEFANO · LIBR · I · D [9]) ‖ L · CORNELIO · HONORATO · VEX · 7 · L · CORNELIO · HERCVLANO · OPT · 7 · ‖ M · SENTIO · VITALI · TESS · 7 · CVRA · AGENTE ‖ L · CORNELIO · L · F · HONORATO · VEXIL · 7 ‖ ET · L · CORNELIO · L · F · HERCVLANO · OPT · 7 — Tabula aenea, Romae, in Mus. Cap. Post Fabr. Col. Trai. p. 37 et Maff. M. V. p. 309 ed. Kellerm. Vig. n. 12; ipse vidi.

1) Vocabula uncis inclusa supplementa sunt Borghesii apud Kell. l. l. 2) A. 203. 3) *Sub* PR*aefecto*. 4) *centuriae secundae*, sc. vigilum. [Mihi est *ii qui*. MOMMSEN.] 5) A. 199. — Vigiles, ad quos titulum pertinere Kellerm. l. l. demonstravit, si Latini erant, sex annorum militia ius Quiritium acceperunt, quod tempus postea ad

trienuiom redactum est (Ulpian. fr. tit. III, §. 5); frumentum antem publicum civitatis commodum erat. De quo iure tributo hominibus Latiois, cum post trienoium illud absolutum ad civitatem Romanam pervenissent, titulum accipiendum esse demoustravit Mommsen Bull. 1845, 193. 6) *Miles Factus PRidie Kalendas IVNias MAGNO PRaefecto Frumentum Publicum Accipit* (ita pro *Accepit* Fabrettii et Kellermanni scripsi, quia de commodo agitur, quo milites fruuntur) *Die* X (decima) *Titulo* (*ostii*) CXL IV (*quarto*) *Kalendarii Capite*. Ultimarum litterarum interpretatio minus certa est; de prioribus cf. FRVMENTVM . ACCEPIT . DIE . X . OSTIO . XXXIX (Fabr. p. 235, 618) et FRVM . AC . D . VII . OSTIO . XV (id. p. 234, 617). 7) A. 200. 8) Kell. *Beneficiarius Praefecti*, quamquam ipse litteram P similem esse D litterae concedit. Ego cum Mommsenio S D legi, quam notam aliis explicandam relinquo. 9) Nescio, quid sibi velint litterae I . D .

6753. I · O · D [1]) ‖ PRO · SALVTE ‖ IMP · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG ‖ PII · FELICIS ET EXERCITVM (sic) ‖ ET · P · R · [2]) D · IVN · PACATVS · CVM ‖ ALEXANDRO FIL · SACRARVM ‖ IVSSV · I · D · [3]) SVA · PEC · ADAMPLIAVIT C · A · [4]) CAECILIO ‖ RVFO · 7 · SACERDOTIB · SOPATRVS · ET MARIN ET CALVS N̄ F̄ [5]) — Cum hac tabula coniungitur: ITEM AVXIT ‖ SALVO · IMP · *m · aur · commodo · ant* · [6]) PIO · FEL · AVG · N ‖ M · CAECILIVS · M · F · IVL · RVFVS · CONCORD ‖ 7 · LEG · III · CYRENAICAE · EX · CORNICVLARIO ‖ AELI · IVLIANI · PR · VIG · TETRASTYLVM · NIMPHAEVM ‖ CRATERAM · CVM COLVMELLA ‖ MARMOREA · ET · ALIAM COLVMELLAM · ITEM · ORBICVLVM CVM COLV‖MELLA · ET · CETERA · ORNAVIT · I · D · [7]) D · D · DEDICAVIT PER ‖ CLODIVM CATVLLVM PR · VIG · ADSISTENTE ORBIO · LAETIANO · SVB · PR · ET ‖ CASTRICIO · HONORATO · TRIB · COH · II · VIG · PR · KAL · AVG ‖ APRONIANO · ET · BRADVA · COS · [8]) C · A · HERCVLANIO · LIBERALE V · A [9]) — Romae, in Mus. Cap. Murat. 344, 2; 3; Guasco 5; Kellerm. Vig. 10; vidi ipse.

1) *Iovi Optimo Dolicheno*. 2) *Populi Romani*. 3) *Iovis Dolicheni*. 4) *Curam Agente*. 5) *Nuio FiLius*? 6) Nomen de consilio erasum. 7) *Iovi Dolicheno*. 8) A. 191. 9) *Vices Agente*.

6754. I O M ‖ DEPVLSORI ET ‖ DIIS DEABVSQVE ‖ OMNIBVS ET ‖ GENIO LOCI ‖ T FLAV LATINIANVS ‖ PRAEFECTVS ‖ VIGILVM [1]) ‖ · · · · · — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon*, I, 1, p. 3.

1) Editor ad corpus quoddam municipale vigilum Lugdunensium titulum refert, quod Nemausi fuisse novimus (cf. ad n. 3435); Mommsenius contra ad praef. vig. Romae (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 51) maiore cum probabilitate, quia nullum vigilum Lugdunensium vestigium in plurimis eius coloniae lapidibus exstat.

6755. *d* · M ‖ C · ANTESTIO · C · F ‖ VET · SEVER ‖ PRAEF · FAB · PRAEF ‖ COH · II · BITVRIGVM ‖ PRAEF · COH · I · CYREN [1]) ‖ TRIB · M · LEG · IIII ‖ MC · [2]) VIXIT · ANNOS ‖ XXXXVI · ANTESTI ‖ FORTVNATVS · ET · CEC‖ILIVS · F · C Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 403; I. Dan. et Rh. I, n. 389.

1) *Cohors II Augusta Cyrenaica* legitur in tab. hon. miss. Card. VI (Arneth II); coh. I *CYrenaica* ibd. XVIII (IX). 2) *MaCedonicae*.

6756. D · IN · [1]) C ‖ LOLLIVS ‖ CRISPVS ‖ P · [2]) COH XXXII ‖ VOL — *Heddernheim. Nassauische Annall.* I, 1 et 2, tab. V, 4; Kellerm. Vig. 272, nota.

1) Fortasse M, nisi forte est *Deo* INvicto, id quod mihi tamen minus placet. 2) *Praefectus*.

6757. M · OPPIVS ·········· ‖ CENTVR · LEG · VI · P ·····1) ‖ TRIB · LEG · II · PR*aefectus* ‖ CASTROR — *Luceriae*. Kellerm. Vig. 254; Mommsen, I. N. 942, qui lacunae signa suo iure apposuit.

1) Kell. curr. *Ferrutae*; sed rectius Mommsenius P . *p* vel simile aliquid deesse, et legionem cognomine caruisse docuit.

6758. L · OCTAVIVS · N · F · SER · BALBVS ‖ PRAEF . FABR · PRAEF · CASTROR ‖ PRIM · PIL · $\overline{II}$ · VIR — Marruvii Marsorum (*S. Benedetti*). Mommsen, I. N. 5493.

6759. L · ORANIO · L · FIL ‖ QVIR · IVSTO · P P ‖ PRAEF · CASTROR · LEG · $\overline{III}$ · CYR ‖ LAVRENTI · LAVINATI · SACER · ‖ FLAMINI · AVGVSTALI · ‖ PLEBS · REATINA ‖ PATRONO ‖ QVOD IS PRIMVS OMNIVM ‖ HS · $\overline{C}$ · $\overline{M}$ · $\overline{N}$ · AD ANNONAE · COM‖PARATIONEM · MVNICIPIBVS · SV‖IS · DEDIT · STATVAMQVE · HONO‖RE CONTENTVS · SVA · PECVNIA ‖ POSVIT ‖ L · D · D · D — In aedd. publicis Reatinis. Exscr. Mommsen. Consules a latere scripti calce plane obtegnntur. *Jenaische Allgem. Littztg.* 1847, p. 251.

6760. C · PASSERIO · P · F ‖ VOL · AFRO ‖ TRIB · MILIT · LEG · XXII ‖ IIII · VIRO FLAM ‖ DIVI · AVGVST · D · D1) ‖ FLAM · GERM · CAES ‖ PRAEF · FABR · III ‖ M · VALERIVS · RVFVS ‖ L · PINCIVS · PACATVS ‖ · · *pi*NCIVS · ER · · · ‖ P · · · TARIVS RVFVS ‖ SEX · VALERIVS ALBINVS ‖ SEX · CALVISIVS · CALLISTVS ‖ AMICI — Viennae Allobrogum. Cardinali, *Dipl.* n. 598. Est iam n. 5996.

1) *Decurionum Decreto*.

6761. · · · · · ESCHINVS · PATER · TR · *mil* ‖ · · · · · · OCCISVS · EST · IN · LVSITA*nia* — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 5.

6762. M · M*u*NATVLEIVS · M · F ‖ *a*NI · M*a*RCELLVS ‖ *tr* · *mil* · A · POPVLO — In colle *Belvedere* prope *Olevano*. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 53.

6763. M · PORCIO ‖ M · FIL GAL ‖ NARBONENSI ‖ TRIB · MIL · LEG $\overline{XXII}$ ‖ PRAEF ALAE THRAC ‖ HERCLAN PRAEF ‖ ORAE MARITVMAE ‖ FLAMINI DIVORVM AVG ‖ PROVINCIAE HISP CITER — Tarracone. *Memorias de la R. Academia de la historia*, *Madrid*, V, p. XX.

6764. T · STATIO · T · F · VEL ‖ PRAETVTTIANO ‖ PRAEFECTO · COH · $\overline{II}$ ‖ BREVCORVM · TRIBV ‖ COH · $\overline{II}$ · HISPANORVM ‖ EQ · C · R ‖ C · STATIVS · PRAETVTTIANVS ‖ FRATER ‖ L · D · D · D — Interamnae Praetuttianorum. Mommsen, I. N. 6148, ubi v. ceteros.

6765. DEO INVICTO ‖ HERCVLI · SACR ‖ L · AEMIL · SALVIANVS ‖ TRIB · COH · $\overline{I}$ VANGI1) ‖ V · S · P · 2) M — *Risingham*,

Northumberland. Horsley, LXXXI, Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CXVI, n. 102.

1) VANG*lonum.* 2) Corr. L. — De tribunis praefectorum loco interdum cohortibus auxiliariorum praepositis cf. quae ipse exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, quum tabulam hon. miss. a Domitiano datae ederem, et Ann. Inst. Arch. 1850, p. 37.

6766. · · ATRIO · Q · F · HOR · SEP ‖ · · TO · IIII · VIR · VIARVM · CVR*an*‖*da*RVM · TRIBVNO · MILITVM · *Leg* ‖ *sec*VNDAE · ADIVTRICIS · P · F · DONIS · *mi*‖*li*TARIBVS · BELLO · SVEBICO · ET [1] ‖ *sar*MATICO · CORONA · MVRALI · CORO*na* ‖ *va*LLARI · HASTIS · PVRIS · DVOBVS (sic) · VEX*ill* ‖ *ar*GENTEIS · DVOBVS · OPTIONI TRIBVN*or* ‖ *le*GIONVM · QVINQ · [2] QVAEST · PRO · *pr* ‖ *pr*OVINCIAE · CRETAE · ET CYREN*aicae* ‖ *tr*IB · PLEBIS · PRAETORI ‖ *pa*TRONO MVNICIP*ii* ‖ *ex* TESTAMENTO · FILI · EIVS ‖ D · D · D — Potentiae. Mur. 765, 5; v. Mommsen, I. N. 383, ubi v. cett.

1) Mommsen rest. ITEM, quo vocabulo lacunam melius impleri patet; sed ipse in apographo suo scripserat E, neque *item* hoc loco comprobo, quia dona militaria ad unum modo bellum spectare video. Bellum credideram Vespasiani, de quo v. ad n. 6912. Sed suo iure monuit Borghesius litteris ad me datis, legionem II adiutricem contra Civilem arma tulisse (Tac. Hist. V, 14; 20), et extremis tantum Domitiani temporibus in Moesiam venisse (Spart. Hadr. 2); quapropter Domitiani bellum Suebicum hic indicari suspicatus est. 2) Officium novum neque in ullo alio monumento commemoratum. Vexillatio erat ex quinque cohortibus legionariis composita, cui propterea quinque praeerant tribuni; numerus satis magnus militum, ita ut mirari nequeas, si optio vel adiutor (*Adjutant*) tribunorum et ipse tribunus erat.

6767. M · VETTIO · M · F · ANI ‖ VALENTI ‖ MIL · COH · VIII · PR · BENEF · PRAEF · PR ‖ DONIS · DONATO · BELLO · BRITAN ‖ TORQVIBVS · ARMILLIS · PHALERIS ‖ EVOC · AVG · CORONA · AVREA · DONAT ‖ 7 · COH · VI · VIG · 7 · STAT · [1] 7 · COH · XVI · [2] VRB · 7 · CHO ‖ II · PR · EXERCITATORI · EQVIT · SPECVLATORVM ‖ PRAETOR · 7 · [3] LEG · XIII · GEM · EXTREC · [4] LEG · VI ‖ VICTOR · [5] DONIS · DONATO · OB · RES · PROSPER*e* ‖ GEST · CONTRA · ASTVRES · TORQ · PHALER · ARM ‖ TRIB · COH V · VIG · TRIB · COH · XII · VRB · TRIB · COH ‖ III · PR · TR · [6] LEG · XIIII · GEM · MART · VICTR ‖ PROC · IMP · CAES · AVG · PROV · LVSITAN ‖ PATRON · COLONIAE · SPECVLATOR · X · H · C ‖ C · LVCCIO · TELESINO · C · SVETONIO PAVLINO · COS [7] — Arimini. Grut. 1102, 2; Kellerm. Vig. 40, ex cod. Rigazziano; ex eodem Tonini, *Rimini* p. 350.

1) STAT*orum.* 2) Corr. XIV. 3) Ita emendavit K. ex PRAETORI. 4) EX TREC*enario.* 5) Quamquam K. cum codice et plurimis editionibus VICTOR*iosae* legit, cum Grutero tamen VICTR*icis* scribendum esse credo. 6) Ita corr. K. 7) A. 66.

6768. TI · IVLIO · TI · F · FAL ‖ ITALICO ‖ 7 LEG · VII · MACEDON [1] ‖ 7 LEG · XV · PRIMIGEN ‖ 7 LEG · XIII · GEM · P · F — Sinuessae (prope ecclesiam Carinolae). Vidit Brunn.

1) Legio VII Macedonica unico hoc monumento commemoratur; fortasse eadem est, quae postea Claudia appellabatur. Legionem VIIII Macedonicam et ipsam in una tantum inscriptione obviam habes n. 6456a.

6769. VICTORIAE ‖ PARTHICAE ‖ AVG · SACR ‖ EX · TESTAMENTO ‖ M · ANNI · M · F · QVIR ‖ MARTIALIS · MIL ‖ LEG · III AVG · DVPLIC ‖ ALAE · PANN · DEC · AL ‖ EIVSDEM · 7 LEG · III AVG [1]) ‖ ET · XXX · VLPIAE · VICTRIC ‖ MISSI · HONESTA ‖ MISSIONE · AB · IMP ‖ TRAIANO · OPTIMO ‖ AVG · GER · DAC · PARTH ‖ SING · HS · VIII · XX · PR · MV [2]) ‖ ANNII · M · LIB · PROTVS ‖ HILARVS · EROS ‖ ADIECTIS · A · SE · HS · III ‖ PONEND · CVRAVER ‖ IDEMQ · DEDICAVER ‖ D · D — Thamugadi (*Timegad*); duo exempla eiusdem tituli. Renier, *Archives des missions* 1851, p. 183.

1) Numerus legionis abrasus et in litura restitutus; cf. n. 6685. — Nota promotionem militis, qui ex legione in alam transgressus deinde in legionem rediit. 2) *vigesima procuratori numerata*, coniectura parum felici Renier; *vigesima praetermissa, Marci*, multo probabilius Mommsen, qui titulum mecum communicavit. — Vox SING eo explicatur, quod duo lapides positi sunt.

6770. M · CARANTIVS · MACRINVS · CENTVRIO · COH · ‖ PRIMAE · VRBANAE ‖ FACTVS · MILES · IN · EAD · COHORTE · DOMITIANO · II · COS · [1]) ‖ BENEFICIAR · TETTIENI · SERENI · LEG · AVG · VESPAS · X (sic) COS [2]) ‖ CORNICVLAR · CORNELI · GALLICANI · LEG · AVG · EQVESTRIB ‖ STIPENDIS · DOMIT · VIIII · COS · [3]) ITEM · MINICI · RVFI · LEGATI · AVG · ‖ EVOCATVS · AVG · DOMIT · XIIII · COS · [4]) CENTVRIO · IMP · NERVA · II · COS · [5]) T · P · I — *Carouge* prope Genevam. Or. 5030; corr. Bull. Inst. Arch. 1844, p. 127. Mommsen inscr. Helvet. n. 78.

1) A. 73. 2) Corr. IX, qui est ultimus Vespasiani annus. 3) A. 83. 4) A. 88. 5) A. 96.

6771. C · ARRIO · C · F · CORN ‖ CLEMENTI · MILITI · COH · IX ‖ PR · EQVITI · COH · EIVSDEM · DONIS ‖ DONATO · AB · IMP · TRAIANO ‖ TORQVIBVS · ARMILLIS · PHALERIS · ‖ OB · BELLVM · DACICVM · SINGVLARI ‖ PREFECTORVM · PR · TESSERARIO · OPTIONI · FISCI · CVRATORI · CORNICVL ‖ TRIBVNI · EVOCATO · AVG · 7 · COH · I · VIGIL · 7 ‖ STATORVM · 7 · COH · XIIII · VRB · 7 · COH · VII · PR ‖ TRECENARIO · DONIS · DONATO · AB · IMP ‖ HADRIANO · HASTA · PVRA · CORONA · AVREA ‖ 7 LEG · III · AVG · PRIMIPILARI · II · VIRO · QVINQVENNALI · PATRONO · MVNICIPII · ‖ CVRATORI · REIPVBLICAE ‖ DECVR · ET · AVG · *Vi · vir* · MVNICIPES · MATIL · — Matilicae. Grut. 365, 4, 5, 6; Donius (228, 18) et Mur. (1073, 4) falso Priverni ponunt; corr. Brigantius, *lettera agli illustrissimi signori consiglieri di Matelica* ecc. Pesaro 1773. ex eo Kellerm. Vig. 46. — Inscriptionem hic attuli ob ordinem munerum optime declaratum.

6772. P · S · I · D [1]) ‖ Q · ENIBOVDIVS ‖ MONTANVS ‖ LEG · III · ITALICAE 7 [2]) ‖ ORDINATVS EX EQ ‖ ROM · AB · DOMINO ‖ IMP · M · AVR · ANTONINO AVG · ARAM POSVIT DEO ABINIO ‖ L · M — *Ville-Vieille*, in territorio Castelli novi (*Châteauneuf*)

prope Nicaeam. *Mém. des Antiquaires de France* XX, p. 63, ex Rouhandi *Nice et ses envirans* p. 110. — Titulus plane similis DEO OREVALO dicatus ibidem exstat, Murat. 106, 1.

1) Mur. io altero illo exemplo P . S . D . L; corrigo P . S . D . D, i. e. *Pro Salute* Domus *Divinae*. 2) Idem recte notam > in extremo versu 3 exhibet.

6773. D · M · ‖ IVL · CRESCENS · EX · ‖ LEG · VII · CL · ORDINA‖TVS 7 · IN LEG · IIII · SCYT ‖ VIXIT · ANN · XLIIII · ‖ FILII · ET · HEREDES · EIVS · POSVERVNT — Romae. Kell. Vig. 275.

6774. GENIO · CENTVRIAE · C · TV · · · · · *aram* ‖ ET · AEDICVLAM · OMNI · IM*pensa cum calum*‖NIS · ET · CANCELLO · AEREO · CV*ravit faciundas* ‖ A · PONTIVS · L · F · SCAP · PRIS*cus* · · · · · · · ‖ ORDINATVS · MISSVS · HON*esta missione centu*‖RIO · AB OPTIMO MAXIMO · IM*p caes traiana aug* [1]) ‖ IMP · CAESARE · TRAIANO · *aug* ‖ II ET T FL LIBONE · COS · [2]) D*edicata* · · · · — Amati, *Giorn. Arcad.* LV, 1832, p. 309.

1) Traiani nomen excidisse verba OPTIMO MAXIMO indicant. 2) Traianus cos. II. fuit anno 98; quapropter si recte numerus exscriptus est, Libo in locum Nervae defuncti suffectus est. Nomina *optimi maximi* Traiano indita ipsum monumentum posteriore demum tempore positum esse indicant.

6775. D M ‖ L · ARBVSTIO · L · FIL · ANN · ‖ VALENTINO · CREM · ‖ P · P · LEG · IIII · FL · FEL · EVOC · AVG ‖ EX COH · IIII · PR · 7 · COH · II · VIG ‖ 7 COH · XI · VRB · 7 · COH · VII · PR · 7 · LEG · VII · GE · [1]) ‖ 7 LEG · VII · GEMIN · P · F · ‖ L · ARBVSTIVS · VALENS · ET ‖ C · ARBVSTIVS · VITALIS · F · · · — Romae. Kell. Vig. 59; Cardinali, *Dipl.* 584.

1) Fortasse CL*audiae*.

6776. L · OVINIVS · L · F · TER · RVFVS ‖ PRIM · ORDO · COHORTIVM · PRAET [1]) ‖ DIVI · AVGVSTI · PRIM · PIL · LEG · XIIII · GEM ‖ TRIB · MIL · COHORT · XI · VRB · TRIB · MIL ‖ COH · III · PRAET · PRAEF · FABR · II · VIR ‖ L · OVINIO · M · F · TER PATRI ‖ M · OVINIO · L · F · TER · VOPISCO · FRATRI ‖ ALLIDIAE · L · F · RVFAE MATRI ‖ PVLLIAE PRIMAE VXORI — Venafri. Mommsen, I. N. 4641.

1) Inter Praetorianos igitur *primus ordo* dicebatur, qui in legionibus *primus pilus* vocabatur.

6777. Q · RAECIO Q F ‖ CL RVFO ‖ P P LEG XII FVLM ‖ TRECENARIO ‖ DONIS DON AB IMPE ‖ VESPASIAN ET TITO IMP ‖ BELL IVD AB IMP TRAI ‖ BELL DAC PRINC PRAET [1]) ‖ TREBIA M · F · PROCVL ‖ MARITO ‖ T P I — Iaderae. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 181.

1) PRINC*ipi* PRAET*orii*; cf. Grut. 1102, 4 = Kell. Vig. 40, qui sine causa scripturam Gruterianam pro erronea habuit.

6778. IN H · D · D · MINERVAE · SAN‖CTE ET · GENIO · LOCI ‖ C · AMN‖DIVS · FINITVS · OPT · PRINCI*pis* ‖ ET T · CELSIVS · VICTORINVS ‖ LIBR · PRINCIPIS · REFECERVNT ‖

MVCIANO · ET · FABIANO · COS[1]) C · Q · [2]) CATVLVS · OP · PR · INCHOAVI · D · S · PERFECT · DVOB · ‖ AVGG · SEVERO · III · ET *ant*ONNo COS[3]) — Argentorati. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 182; *Revue Archéol.* VIII, p. 197.

1) A. 201. 2) *Quinctiue.* 3) A. 202.

6779. · · · · · *sa*BIDIVS · C · F · PAP · PRIM · PIL ‖ *le*G · V · ET LEG · X · ET · LEG · VI · ITA · VT · IN ‖ *leg* · X · PRIMVM · PIL · DVCERET · EODEM ‖ TEMPORE · PRINCEPS · ESSET · LEG · VI · PRAE*f* · *qVinq* ‖ *c* · (*l*?) CAESAR · DIV*i* · AVG · *f* · ET · TI · CAESARIS · A*e*DEM *de* SVA ‖ *pecuni*A · DON*a*V*it* ‖ CORNELIA · CN · F · PVPILLA VXSOR ‖ CRISPINA · NEPTIS — *Corbarae* in Aequiculis. Murat. 848, 7; Mommsen, I. N. 5712 ex apographo Phoebonii in Gudii Ms. asservato. [Fugit me tum typus Mur. 763, 6, cuius ope nunc emendavi. MOMMSEN.]

6780. I O M ‖ COH · II · TVNGR ‖ M EQ · C · L · [1]) CVI ‖ PRAEEST · ALB ‖ SEVERVS PR‖AEF TVNG · IN‖ST VIC SEV RO ‖ PRINCIPI[2]) — *Walton Chesters*, *Cumberland.* Hodgson III, 2, p. 215; Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CXIV, 76d.

1) Corr. C . R, *Civium Romanorum.* 2) INST*ante* VIC*torio* (?) SEV*e*RO PRINCIPE. — Novus mihi est *princeps* in cohortibus sociorum, cuius officii alterum exemplum hoc efferem:

6781. · · · · · · ‖ ET · NVM*ini d* ‖ N · [1]) COH · II · TVN‖GROR · GOR · [2]) M · EQ ‖ · · L · [3]) CVI · PRAE‖EST · · · · · CLAV‖D*ius* · · · · · PRA‖EF · INSTANTE ‖ AEL · MARTINO ‖ PRINC · X · KAL · · · ‖ IMP · D · N · G*ord* AVG · III · PO‖MPEIANO · COS[4]) — *Castlesteads*, Cumberland. *Archaeol.* XI, 67, pl. VI. 21; Newton, I. l. p. CVIII, n. 21.

1) *Domini Nostri.* 2) GOR*dianae.* 3) Emendandum esse puto R, ut in titulo praecedenti. 4) Corr. *Gordiano* AVG*usto* II ET *cet.*; c. 241.

6782. C IVLIO · L · F · SER · · · ‖ SCAENAE · [1]) DECVRIO · · · ‖ LO · CENTVRIONI ‖ HASTATO · PRIMO · [2]) LEG · IIII · IIVIR ‖ LAETA · FILIA — *Martos* Hispaniae. Grut. 1116, 1.

1) SCAEVAE? 2) Cf. Veget. II, 8.

6783. · · · · XI · CLAVD
· · · · XIII · GEMN
· · · · III · SCYTHIC
*has*TAT · PRIOR
· · · · ET · FLORVS

— Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* c. VIII, n. 14, p. 318.

6784. D · M ‖ C · IVL · ISIDORIANO ‖ 7 · FRV ‖ IVL · CHELIDON · VXOR ‖ MARITO · CONSACRA‖TISSIMO · ET · IVL · ‖ HELIODORVS · FILIVS ‖ PER · IVL · VRSINVM ‖ TVTOREM · SVVM ARAM ‖ CONSACRAVERVNT — Romae, in Mus. Vat. Kell. Vig. 283.

6785. *corneliae · saloninae* ‖ *coniugi · imp · caes · p · lic* GALLI*eni aug* ‖ *matri p · lic · corn · val*ERIANI NOBIL‖*issimi cae*SARIS ‖ *centuriones* DEPVTATI ET SVPERNVME‖*rarii et f*RVMENTARI · CVM ‖ · · · · · · · ET IVSTO TRIBB ET AVRELIO ‖ · · · · · · *principe pe*REGRINORVM · ET AVRELIO ‖ · · · · · · *sub princ* PEREGRINORVM [1]) ‖ *augustae sanc*TISSIMAE [2]) ‖ *curante* · · · · · DO V · E · F X · KANAL [3]) — Romae, in horreis Musei Vaticani. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 116. Ipse exscripsi et restitui.

1) Frumentarios *principi peregrinorum* dicto audientes fuisse, hoc quoque titulo confirmare conatus sum, l. l.; cf. 6747. 2) Cornelia Salonina saepe *sanctissima Augusta* in monumentis dicitur; unde in eius honorem hunc quoque titulum positum esse, litteris TISSIMAE adducor ut censeam. 3) l. *e*X . KANAL*iclario*; cf. n. 9 et 10.

6786. COCCEIVS ‖ IVLIANVS ‖ 7 · FRVM · ‖ VA · PRINC ‖ PEREG [1]) ‖ DEVOT ‖ NVMINI ‖ MAIESTAT ‖ AEORVM — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. not. ad 282.

1) *Vicem Agens* PR*incipis* PEREG*rinorum*.

6787. FORTVNAE SAC ‖ BRITTONES · TRIP [1]) ‖ QVI · SVNT · SVB CVRA ‖ T · MANILI · T · F · POLLIA ‖ MAGNI · SENOPE ‖ 7 · LEG · XXII · P · P · F · O · P [2]) — *Schlossau* in Silva Odonia. Steiner, I. Rh. 94; I. Dan. et Rh. II, n. 904, ubi v. ceteros.

1) TRIP*utienses*; cf. n. 1627. 2) *Primigeniae Piae Fidelis Opus Perfecerunt* (?), St.; malo *Posuerunt*. — Centuriones legionarii nonnunquam a legione sua seiuncti vel numeris auxiliariorum vel operibus publicis praeponebantur; cf. Ann. Inst. Arch. 1843, p. 343 seqq. et nostrum n. 6740.

6788. D · M ‖ ACIPE (sic) · NVNC ‖ FRATER · SVPRE‖MI · MVNDVS · [1]) H‖ONORIS · VAL ‖ VASSE · EXARCO [2]) ‖ IN · VEXIL · EQ ‖ SIABLESIANORV‖M · [3]) MILITAVIT ‖ ANNOS · XXV ‖ M · V · D · XVII · VIXIT ‖ AN · XXXXIIII · M · VII ‖ D · XIII · VAL · DONATVS ‖ FRATRI · PIENTISSIMO ‖ D · S · P — Brixiae. Bull. Inst. Arch. 1834, p. 233; Kell. Vig. 269 a.

1) [Lege MVNVS. Baiter.] 2) Cf. Grut. 528, 7; Mur. 789, 7; 791, 8; nostrum n. 6717. 3) Populus mihi quidem ignotus.

6789. AVR · PRISCVS · OPTI [1]) ‖ EQ · SING · AVR · PRISCO ‖ FILIO · INFELICISSIMO ‖ QVI · VIXIT · ANN · II · M · VIII — Salonis. Lanza, *lap. Salon.* n. LVIII.

1) *Optio*, cuius muneris quum apud equites singulares Augusti nullum exemplum reppererim, ad alam quandam singularium titulum pertinere credo.

6790. PRO SALVTE · AVGG ‖ OPTIONES · SCHOLAM · SVAM · CVM STATVIS ET IMAGINBVS DOMVS DIVINAE ‖ ITEM DIIS CONSERVATORB EORVM EX LARGISSIMIS STIPENDIIS ET ‖ LBERALITATB QVAE IN EOS CONFERVNT · FECER CVRANE L EGNATIO MYRONE $\overline{Q}$ [1]) ‖ OB QVAM SOLLEMNITATEM DECREVERVNT VTI COLLEGA PROFICISCENS AD SPEM SVAM CONFIRMAN‖DAM [2]) ACCIPIAT IS VIII MIL · $\overline{N}$ · VETER · QVOQVE MISSI ACCIPIANT KAL · IAN · ANVLARIVM SINGVLI IS VI MIL · $\overline{N}$ [3]) ‖ QVAE ANVLARIA SVA DIE QVAESTOR SINE DILATIONE ADNVMERARE CVRABIT — Lambaese, nunc *Batnae*,

in seamno lapideo, in quo a lateribus tituli modo propositi sexaginta quinque nomina incisa erant, quorum nonnulla mutila iam non leguntur, unum scalpro deletum est. Eorum duobus signum centurionis additum est; tertio nota COR (*cornicularius*), quarto ACT · LEG (*actor legati*, vel *legionis*). His si eum adiunxeris, cuius nomen de consilio erasum esse dixi, restant optiones collegae sexaginta, quorum numerus cum numero centurionum a Vegetio II, 6 seqq. tradito non plane conspirat, nisi quinquaginta quinque optionibus ordinariis quinque supranumerarios addere licet. V. e. Renier, cuius exemplum quidem secutus sum, ipsam autem dissertationem non vidi, quinquaginta tantum septem optiones in titulo inscriptos fuisse affirmavit; id quod tum saltem verum est, si in prioribus columnarum versibus nunc mutilis nulla optionum nomina exstabant. Edd. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerkungen*, *Algerien* XXI et XL (*Abhh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2.); Renier, *Archives des missions scientifiques*, Paris, 1851, p. 218, cum tabula incisa.

1) *Quocatore*, sc. collegii. 2) i. e. spes promotionis. 3) Mommsenius, quum titulum mecum communicaret, monuit, iam inde ab aetate Augusti primipilaribus censum equestrem et ius anuli data esse; postero autem tempore centuriones et optiones, quum dimitterentur, dignitatem primipilatem et cum ea anulum equestrem obtinuisse suspicatus est. Anularium igitur kalendis Ianuariis adnumerandum *strenae* esse *sub occasione indepti honoris* (Cod. Theod. VI, 30, 11), quibus collegium veteranos honorare solebat. — Ego facile ei assentirer, si de centurionibus sermo esset; neque tamen optiones veteranos eadem cum illis ratione honoratos esse mihi persuadere possum. Quamquam meliorem rei explicationem non invenio, nisi forte vocabulum in centurionibus veteranis usitatum translatum esse credere licet ad optiones, ad quos propris non pertinebat.

§. 3. CETERA MVNERA MILITARIA.

N. 3471: de officiis minoribus militaribus cf. nunc Kellerm. Vig. p. 15 seqq. et quae ex eo excerpta ipsi postea proponemus (n. 6791). — Pro CQ fortasse scribendum est CO, *codicillarius*; op. cit. p. 17. ST explica *Secutor Tribuni*; CT *Codicillarius Tribuni*; VIC *victimarius*; VC = VNC, *unctor*; l. l.

N. 3472: res plane singularis schedis tantum Langermannianis et Barberinianis nititur; unde iure suo eam admittere Kell. dubitavit, quamquam ipse confessus minime esse absurdum sagarii munus; op. cit. p. 43.

N. 3479, v. 5. corr. PED, Lersch. C. M. III, 146.

N. 3485, fragmentum lapidis vidit Rocchi Cusercoli in aedd. marchionis a Balneo et in v. 4. legit: AIVTOR . SIGı . Versuum ordinem neglexit Muratorius.

N. 3487, v. 6. pro XVI scribi debebat XV (Eckhel D. N. VII, p. 209), itaque legitur apud Labusium, *Aro di Hunburgo*, p. 63; sed Arneth, *Beschr. d. zum k. k. Münz- u. Antiken-Kabinette geh. Statuen, Büsten* cet., p. 26 Orsllianam potius confirmat scripturam.

N. 3488, not. 2. *Valeriae*.

N. 3493, v. 2. SEGO . . . ., i. e. SEGO*ntio*; v. 3. LIBBATORIS; Kell. Vig. 127.

N. 3499, spurius; id. p. 41, not.

N. 3502, merito suspectus; cf. quae ad n. 3446 adnotavi.

N. 3506, de falsitate inscriptionis mihi certe non plane constat.

N. 3511, pro LIB I. ILIB, ex sententia Hagenbuchii *primus librarius* (?); cf. Ep. epigr. p. 615. Lersch, C. M. II, 8. — Not. 1. *Vlpiae Victricis Severianae Alexandrianae*; cf. n. 3100.

N. 3512: titulus, si sincerus est, pessime sane descriptus est; nova enim et legio Britannica et beneficiarius Augusti, quaeque in fine leguntur, valde certe corrupta sunt.

N. 3514 Kellermanno non est suspectus, licet eum Donius ex schedis Vaticanis, ex Donio autem et Ligorio Muratorius desumpserit. *Candidatos* plures v. no. 6804

seqq.; sed *candidatus legionis* sane suspicionem movit, neque Suetonius, quem Orellius laudat, de eius modi candidatis loquitur, sed de candidatis magistratuum, quos in solatium dilationis legionibus Nero praeposuit.

N. 3515, not. 4. expl. consularis.

N. 3520, v. 2. M . ANTONIVS . M . F cet.; v. 4. EK; v. ult. XXXII; Kellerm. Vig. 133.

N. 3525, spuriam esse probavi, Ann. Inst. Arch. 1850, p. 12. De *equitibus singularibus Augusti* cf. ibd. p. 5—53.

N. 3528: In margine litteris minoribus legitur: CVM EO ⊖ PVER GAIVS EIVS; Kell. Vig. 213.

N. 3529 = 3590.

N. 3530, v. 2. BENEFIciATVS; v. ult. pro VOLIICEAN l. VOLCIIARC, i. e. VOLC*aianorum* ARC*arius*. Mommsen, I. N. 218, ubi videsis versuum distributionem.

N. 3532: interpretatio illa Oliveriana quam maxime mihi dubia est. Ego numero III *trierim*, litteris AEQ aut patriam Pomponii (AEQ*uo*, AEQ*uitate* Dalmatiae), aut navem (AEQ*uitate*) significari puto; si illud verum esse credideris, nomen navis litteris PL indicari necesse est; si hoc malueris, idem ante notam trieris positum esse concedes, cuius rei exemplum exhibet Mommsen, I. N. 2769. — Not. 3. expl. COM*manipulari*.

N. 3534, ad rem militarem non pertinet; cf. n. 7110 sqq.

N. 3538: de Germanis cf. quae exposui in Ann. Inst. Arch. 1850, p. 16 sq.

N. 3539 = 2909, ubi v. quae de *Diana Cornia* adnotavi.

6791. IMP · CAES · M · AVRELLIO · ‖ ANTONINO · PIO · FELICI · ‖ AVG · TRIB · POT · XIII · [1]) IMP · II · ‖ CÓS · III · PRO · CÓS · ‖ IMP · CAES · L · SEPTIMI · SEVERI ‖ PII · PERTINACIS AVG FILIO ‖ DEVOTA NVMINI ET MAIESTATI · EÍVS · ‖ COH · V · VIG · ‖ C · IVLIO QVINTILIANO PR · ‖ M · FIRMIO · AMYNTIANO · SPR · [2]) ‖ L · SPERATIO · IVSTO · TRIB · ‖ CENTVRIONES · ‖ C · ANTONIVS · C · F ANTVLLVS · BERVAE · ‖ TI · CLAVDIVS · TI · F · RVFINVS SAVAR · ‖ M · ANTONIVS · M · F · PAPIR · VALENS · RATIAR ‖ M · MVMMIVS M · F · VERINVS · PAP · POETOV ‖ P AELIVS P · F · AEL · SEPT · [3]) ROMVLVS AQVINQ ‖ .... SEVERVS CAESARIA ‖ IVLIVS SOHEMVS ‖ C RASINIVS IANVARIVS CORNIC PR ‖ P · DECIMIVS MACRINVS CORNIC PR ‖ M CLODIVS VERECVNDVS CORNIC SPR ‖ in parte coronae sinistra: DEDICATA · NON · IVL FAVSTINO · ET · RVFINO · COS · ‖ CVRA AGENTE ‖ C · ANTONIO · ANTVLLO · 7 ‖ ET · M · MINVCIO HONORATO VEXILL ‖ in parte coronae dextra: C RVNNIVS HILARIS C IVLIVS HERMES Q FABIVS · POLLVX · S LVTATIVS ECARPVS · MEDICI — In lateribus et a tergo mille circiter nomina militum inscripta erant in septem distributa centurias centurionum nominibus distinctas. Romae, in Monte Coelio in Villa Matthaeorum. Kellerm. Vig. IV.

1) A. 210. 2) *SubPRaefecto.* 3) lunge *Aelia Septimia Aquineo*; colonia igitur nova a Severo eo deducta erat. — Indicem addere licent munerum, quae in cohorte V. vigilum invenimus, de quibus disputavit Kellerm. op. cit. p. 15 seqq., ubi v. de singulis deque ordine promotionum:

AB, ABA, ABAL *a balneis.*

ACPR *a commentariis praefecti.*

AQP, AQPR *a quaestionibus praefecti.*

AQA, AQV, AQCO *aquarius cohortis.*

B, BF *beneficinrius.*
BPR, BPR, BPR *beneficiarius praefecti.*
BSPR, BSPR *beneficiarius subpraefecti.*
BTR, BTR, BETR *beneficiarius tribuni.*
BAL *balneator.*
BV, BVC, BVCC *buccinator.*
BV SV *buccinator supra numerum*, vel *suffectus.*
CACVS, CPC *cacus, cacus praefecti cohortium*, = cacula.
CAR, CARC *carcerarius.*
CT, CTR, COTR, COD, CODTR *codicillarius tribuni.*
CORPR, CORNICPR *cornicularius praefecti.*
COR SPR *cornicularius subpraefecti.*
CORT *cornicularius tribuni.*
EM, EMER *emeritus.*
EMB, HEMB *emeritus beneficiarius.*
EXPR *exceptor praefecti.*
EXC, EXCT, EXCTR *exceptor, exceptor tribuni.*
HO, HC *horrearius, horrearius cohortis.*
IMA, IMC *imaginifer, imaginifer cohortis.*
LSPR *librarius subpraefecti.*
LIB, LTR *librarius, librarius tribuni.*
OP, OPT, OP 7, OPT 7 *optio, optio centurionis.*
OPA *optio arcarii.*
OB, OPB, OPTB, OPBA *optio balnearii.*
OPC, OPTC, OPCA *optio carceris*; cf. n. 6808.
OPCO, OPTCON (l. COH) V *optio cohortis*; *optio cohortis V*, qui est *optio tribuni.*
PRE, PR PR, PBR, corr. PBP, PBPR, PBP *principalis beneficiarius praefecti.*
ST, STR, SETR, SECTR *secutor tribuni.*
SIF *sifonarius.*
TAB *tabularius.*
TESS, TES, T 7, TES 7, TESS 7 *tesserarius, tesserarius centuriae.*
VEX, VEXILL, VEX 7 *vexillarius, vexillarius centuriae.*
VIC, VICT *victimarius.*
VNC, VNC · COH *unctor, unctor cohortis.*

6792. L · CASSIO PVDENTI QVOND · ‖ MIL · LEG · II · AD · ADIVTORI · OFFIC ‖ CORNICVLARIORVM · COS ·[1] ‖ STIP · XIII · QVI · VIXIT ANN · XXXII ‖ L · CASSIVS · REGVLIANVS VET ‖ LEG · II · AD · EX BF · COS · PATER ‖ INFELICISSIMVS FILIO PIISSIMO F C — Sarcophagus *Vacio* in Mus. Hungaricum translatus. Mus. nat. Hung. p. 234, n. 22; Schoenwisner, It. Pann. II, p. 257.

1) Cf. n. 1251.

6792a. QVI · IMAGINES SA
CRAS AVREAS FECERVNT

CORNICVLARI
L · CONSIDIVS PAVLVS RVSI
C · CALVENTIVS IANVAR CAS [1]
COMMENT
AVFIDIVS RVFVS · LAMB
L · ORBIVS FELIX TRIB · LEG [2]
SPECVLATORES
L · PVBLICIVS FLORENTIN · LAMB
Q · CAECILIVS · FELIX BISICA
C · IVLIVS DEXTER THEVES
FADIVS DVBITATVS HADR
BENEFICIARI · COS
Q · IVLIVS FRVCTVOSVS KART
L · AGRIVS FELIX VTICA
C · IVLIVS CATVLVS LAMB Q̅ [3]
M · CAESIVS HONORATVS THAM [4]
L · VALERIVS IVLIANVS THAM
C · AELIVS IVLIANVS SARMIZ
M · VALER AQVILEIENSIS THEV
T · AELIVS VICTORINVS SISCIA
Q · FVLVIVS NATVLVS KART
CAELIVS VICTOR HADR
M · IVLIVS PROCVLVS LAMB
M · AVREL · NICOSTRATVS THARS
P · CORNELIVS VICTOR CVICVL
L · FONTEIVS DEMETRIAN · MASC [5]
M · ATTIVS PACATIANVS CIRTA
VETVRIVS VITALIS LAMB
D · IVNIVS FELIX VTICA
L · ATILIVS BARBARVS MIL [6]
SEX · MARCIVS FELIX ASSVR [7]
FIRMIVS FELIX CAST
Q · DVRONIVS PRIMVS VAGA
P · CLAVDIVS VALENTIN · HAD
CORNELIVS CLAVDIAN · LAMB
T · FLAVIVS FORTVNATVS HADR
P · EGNATIVS FELIX KARTH
L · VALERIANVS NIGER THAMOG
C · ANNIVS IVLIANVS CASTR
M · SEPTIMIVS TVTIANVS KART
M · HELVIVS CONDVCTOR CAST
C · IVLIVS VERVS AMMEDER
QVAESTIONARI
C · IVLIVS DONATVS CASTR
L · MARCIVS GEMELLVS
T · AEMILIVS VICTOR KART

Q · SALONIVS REPENTINVS THA
P · AELIVS TAVRISCVS SVFET [8]
BB · SEXM [9]
FVRFANIVS FELIX
C · IVLIVS FELIX THAM
VALERIVS DAPHNVS
L · CLODIVS CONCESSVS KART
Q · IVLIVS VICTOR THEL [10]
HARVSP
S IVLIVS FELIX THEV

Lambaese prope aedem Aesculapii, in latere sinistro lapidis longi, in cuius parte antica legitur:

CVRA · AGENTE
C · MEMMIO · VIC
TORE · 7 · LEG · III · AVG

— Renier, *premier rapport etc.* (*extrait des archives des missions scientifiques* 1853), p. 12. 13.

1) i. e. CAS*tris*, *enfant de troupe*, R. 2) i. e. commentariensis tribuni. [Mihi LEG*ionis* videtur coniungendum cum versu praecedente, ut commentariensis alter fuerit legionis, id est consularis, alter tribuni. Mommsen.] 3) *Quaestor* huius collegii. 4) THAM*ogade*. 5) MASC*ulo*. 6) MIL*evo*. 7) ASSVR*is*. 8) SVFET*ula*. 9) *beneficiarii* (tribuni) *semestris* R. (?) 10) THEL*epte*.

6793. MINERVAE ‖ AENEATORES ‖ COH · I · SEQ ‖ ET · RAVR · EQ ‖ V · S · L · L · M — *Steinbach* in ducatu Badensi. Steiner, I. Dan. et Rh. II, 907; cf. Or. 1887.

6794. C ‖ IVL · MA⌐‖INVS · ARA [1] ‖ ARMATVRA [2] ‖ LEG · XIIII · G ‖ M · V · ANN · XXX ‖ STIP · XII · H · E ‖ T · F · ARBITER ‖ F · C [3] — *Zahlbach* prope Mogontiacum. Steiner, I. Rh. 332; I. Dan. et Rh. I, 451.

1) i. e. *Aro Agrippinensi* Ubiorum; cf. Ann. Inst. 1853, p. 76. 2) Borghesius, *Iscr. ranane* p. 6 (Ann. Inst. Arch. 1839) *armaturam* pro *milite* dictam esse docuit, eodemque modo corrigendam esse inscriptionem Steineri I. Rh. 383, I. Dan. et Rh. I, 473. *Tribunum armaturarum* habes apud Amm. Marcell. XIV, 11, 21. 3) *Heres* *Ex Testamenti Formula* ARBITER, *Faciundum Curavit*. Ita collatis titulis Steineri, I. Rh. 398; I. Dan. et Rh. I, 432: EXS TESTAMENTI FORMVLA POSIT, et Or. 4363 interpretandum esse suspiror. [Mihi est *Heres Ex Testamento Fecit*, ARBITER *Faciendum Curavit*. Fecit qui mercedem persolvit, faciendum curat qui operi instat. Mommsen.] — Steinerus S excidisse ratus: *Hic Situs Est Testamenti Formula*, ARBITER pro nomine heredis habuit. Id si verum est, litteras T F malo pro nominibus habere *Titi*, *Flavii*, ARBITRI.

6795. C · VEDENNIVS · C · F ‖ QVI · MODERATVS · ANTIO ‖ MILIT · IN · LEG · XVI · GAL · A · X · ‖ TRANLAT · IN · COH · IX · PR ‖ IN QVA · MILIT · ANN · VIII ‖ MISSVS · HONESTA · MISSION ‖ REVOC · AB · IMP · FACT · EVOC · AVG ‖ ARCITECT · ARMAMENT · IMP ‖ EVOC · ANN · XXIII ‖ DONIS · MILITARIB · DONAT ‖ BIS · AB · DIVO · VESP · ET ‖ IMP · DOMITIANO · AVG · GERM ‖ · · · · · · · · · · · · · · — Romae, effoss. in V. Nomentana ad D. Agnetis, nunc in Mus. Vat. Fea, *Varietà* p. 87; Kellerm. Vig. 301. Cf. titulum sequentem:

6796. IMP · CAESARI ‖ DIVI · HADRIANI ‖ AVG · FILIO · DIVI ‖ TRAIANI · PARTHICI ‖ NEP · DIVI · NERVAE ‖ PRONEPOTI · TITO · AELIO · HADRIANO ‖ ANTONINO · AVG · PIO ‖ TRIB · POT · COS · DES · II ‖ SCRIBAE ‖ ARMAMENTARI — Romae, in Mus. Cap. Guasco n. 89; vidi ipse.
quem, licet militis non sit, hic tamen proponere placuit, quia ad rem militarem pertinet.

6797. D · M ‖ M · CALLIENIO ‖ PLACIDINIO ‖ BENEF LEGAT ‖ LEG · I · MINERVI*ae* ‖ FACIENDVM CVRAVIT ‖ PLACIDINVS ‖ PATER EIVS ‖ FRVMENT ‖ LEG · I · MIN — Romae. Kellerm. Vig. 289.

6798. · D · M · ‖ T · SEXTIO · IVLIANO ‖ COHORT · V · VIG ‖ BENEF · PRAEF ‖ QVI · VIX · ANN · XXVIIII ‖ MENS · VI · DIEB · VIII · ‖ T · SEXTIVS · EPAPHRA · PAT — Ostiae. Id. 74.

6799. DEO · MERCVRIO ‖ TIB · IVSTINI ‖ AEL · AVGVSTA ‖ TITIANVS · B · F ‖ LEG · LEG · XXII ‖ ET · SERVANDIA ‖ AVGVSTA · EIVS ‖ V · S · FAVSTIN · ET · RVFIN ‖ COS [1]) — Mogontiaci. Klein, *Ztschr. d. A. V. zu Mainz* I, 1, p. 59, 4; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 297.

1) A. 210.

6800. · · · *opp*ONIO · PATER*no* ‖ PB [1]) VET · EX · CA · [2]) LEG I ‖ · · OPPONIVS · ZOILVS · LIB ‖ ET HERES F · C (ascia) — *Lessenich*, nunc Bonnae. Lersch, C. M. II, 37; *Rh. Jahrbb.* III, p. 99; Overbeck, *Katalog* n. 30.

1) *Principalis Benificiarius*, Overb. 2) EX CA*ndidato*, L. O.; forlasse rectius *ex carcerario*? Cf. ad 3514.

6801. Q · STATIO · PÆTO ‖ P · Q · [1]) XII · LAPIDES · IIII [2]) ‖ FAVSTVS · LIB · ET ‖ HILARVS · CACVRI*us* [3]) ‖ D — Brixelli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 38.

1) *Pedes Quadratos* = quaquaversum; Cavedonius. 2) Quattuor lapides ad quattuor angulos areae collocati, ut etiam in Foro Traiani quattuor cippi in eius honorem positi erant (Fea, *notizia degli scavi* cet. p. 22); Brixelli duo saltem effossi sunt. 3) Borghesius *cacurium* eundem fere esse putat cum *cacula*, qui est servus militis, et conferendum cum *cuco praefecti* apud Kellerm. Vig p. 17.

§ 4. ad n. 5366: denuo Zumptius Sentio Saturnino inscriptionem tribuit Comment. epigr. II, p. 109 seqq.; neque tamen mihi certe persuasit, non Asiam, sed Africam Quirinium rexisse (p. 91), quum apud Florum epit. II, 31 valde incerta codicum lectio sit, et Marmaridas praesidi potius Cyrenaicae, quam Africae subigendos datos esse crediderim. Praeterea ipsa temporum consecutione Marmaricam illam expeditionem post annum 759, quo Gaetulos Cossus vicit, factam esse apparet; id si verum est, ad quaestionem hic propositam nihil pertinet. Quod autem Z. Balbum easdem gentes vicisse dicit, quas Augustum Quirinio subigendas dedisse credit, ne hoc quidem verum est; nam inter gentes ab eo devictas Garamantes quidem, minime vero Marmaridas Plinius commemorat (Plin. N. H. V, 5, 36). Contra, quamquam Quirinium Asiae proconsulem fuisse disertis veterum testimoniis non elucet, in serie tamen proconsulum eius provinciae annus 747 liber est et consuli anni 742 commode assignatur. Ipsum autem Saturninum Africae proconsulem fuisse, Tertulliani verbis probari videtur (de pallio c. 1; cf. adv. Marc. IV, 10), ubi de colonia Carthaginiensi sic loquitur: *post Gracchi obscoena omina et Lepidi violenta ludibria, post trinas Pompeii aras et longas Caesaris moras, ubi moenia Statilius Taurus imposuit, sollemnia Sentius Saturninus enarravit, quum concordia iuvat, toga oblata est.* Ibi enim verba *sollemnia enarravit* ad coloniam inaugurandam referuntur, demonstrat autem exemplum coloniae Patrensis, longum interdum temporis intervallum inter decretum de colonia deducenda factum ipsamque eius inaugurationem intercidisse; cf. Eckhel II, p. 236; III, p. 335. Quapropter fieri sane potuit, ut decretum quidem de deducenda colonia Carthaginiensi anno 725 fieret (Dio 52, 43), deducta vero circa annum demum 740 inauguraretur. Sin autem Saturninum Africam rexisse concesseris, lapidem Tiburtinum ad eum non spectare patet. Praeterea Z. de duplici legatione Syriaca Sentii Saturnini nihil constare, constare contra de Quirinii confitetur (p. 108 et p. 123). Qui quum propter castella Homonadensium expugnata triomphalia quoque meruisse a Tacito narretur (Ann. III, 48), nihil certe impedit, quo minus sententiam Sanclementii adoptemus; quod enim Z. in expeditionibus illis duas tantas victorias accidisse negat, unde duplices supplicationes decernerentur, id eodem iure aliquis negare atque affirmare potuerit.

§ 7. ad n. 5395: Rubellium Blandum ante annum 772 fasces non gessisse, fastis Antiatibus nunc patet (n. 6442). Quum vero inter consulares anno 774 a Tacito nominetur (Ann. III, 51), anno autem 772 P. Petronius Balbo suffectus cum Silano consul fuerit, Rubellio sex tantum menses posteriores anni 773 restant, quibus cum Annio Pollione fasces gessit (ex litteris a Borghesio missis).

ad n. 5398: nuper v. cl. Canina ad templum Fortunae muliebris pertinere titulum proposuit (Ann. Inst. Arch. 1854, p. 59 seqq.).

§ 11. ad n. 5423: ab initio versus 6. seribe IVS pro *eius*, quod nescio quo errore vel meo vel typothetae in textum irrepsit. — Explicatio Mommsenii non placet; vix enim dici posse puto *neptis Augusti eius beneficio*, omisso nomine mulieris.

§ 14. N. 777 suspectus; ex Ligorio enim desumptus est.

§ 15. ad n. 5441, not. 1, b. 2. dele *esse*.

§ 16. ad n. 5458: nuper A. W. Zumptius (Comment. epigr. II, p. 10 seqq.) Severum ab Hadriano Aug. bello Iudaico gerendo praepositum eundem esse affirmavit eum Ti. Severo, eoi notissimae inscriptiones Aneyranae (C. I. Gr. 4033. 4034) dedicatae sunt; at cf. Borghesium, qui eundem eum fuisse reputat eum *Sexto* Iulio Ievero cos. anni 880 *età di Giovenale* p. 29 et Ann. Iost. Arch. 1853, p. 216; Card. Dipl. XIV.

§ 17. adde inscriptionem, ut videtur, Pollentinam, quam Augustae Taurinorum ipse descripsi:

7414 δ. ······ NTVTI ‖ ····· /DESIG ‖ *sa*CERDOTI ‖ *div*AE PLOTINAE ‖ *p*OLLENTIAE ‖ *d*IVAE · FAVSTINAE ‖ TAVRIN ‖ DIVAE · FAVSTIN*ae m*AIO*ris* ‖ CONCORDI*a*E ‖ COLL · DENDR · POLL ‖ L · D · D · D

§ 18. ad n. 5473: quae de familia M. Aurelii olim proposuerat Borghesius, nuper ipse correxit, *Bull. Nap. N. S.* III, p. 124 seqq., Fadillam Cn. Claudio Severo consuli a. 916 et 926 nupsisse affirmans, qui gener dicitur M. Aurelii Augusti C. I. Gr. 4154. Inde probabile, Vibiam Sabinam uxorem fuisse Petronii Mamertini, Cornificiam vero Antistii Burri; l. l. p. 125.

Ad n. 5478: de *dilectatoribus* v. ad 7420 a.

§ 19. ad n. 5484: pro *Doneir* scribe *Dmeir* Syriae.

§ 22. ad n. 5494, not. 1: pro *Pannoniam* scribe *Moesiam*. — De hoc titulo pluribus nuper egit Renier, *Mélang. d'épigr.* p. 163 seqq., qui exemplum secutus v. cl. de la Mare v. 10. pro AVG · PII legit AVGVSTI, minus recte, ut opinor. Idem v. d. hoc documento usus est, ut Septimium Severum una cum Pannonia etiam Germaniae praefuisse confirmaret, imperatorem eum unquam in hac provincia commoratum esse negans; sed oblitus est, Severum, quum contra Albinum legiones duceret ex oriente reversas, nullo alio itinere, nisi per Germaniam superiorem, in Gallias invadere potuisse.

§ 25. ad nn. 5514. 5515 adde titulum sequentem, quo recte Borghesium sacerdotium Elagabali illis inseruisse confirmatur:

7414 a. ··· *hon*ORI IM*p* ‖ *m*. AVRELII ANTO‖*n*INI PII FELICIS AVG ‖ *sa*CERDA‖‖‖[1]) INVIC‖TI SOLIS ELAGABA‖*li p*ONT MAX TRIB · POT ‖ III (vel IIII) COS III[2]) P P ‖ *s* · P · Q · F · [3]) — Olim Ferentini. Marinius in schedis suis Vaticanis in Museo Vaticano lapidem exstare dicit, ubi frustra eum quaesivi. Ed. Amadutius, Anecd. III, p. 462, 5. Ego apographum Marinii dedi, sed ne hic quidem titulum intellexit.

1) Erit *sacerdot. dei*. 2) a. 220 vel 221. 3) *senatus populusque Ferentinas*.

§ 27. ad n. 5521: quae de inscriptione Maximino Aug. tribuenda proposui, iam non placent; Augusti enim nomine bis obvio monumentum eo tempore positum esse constat, quo solus Septimius eo nomine utebatur. Supplendum igitur ANTONINI CAESARIS; unde inter annos 196 et 198 monumentum factum esse, litteris de praesidibus Daciae nuper ad me datis Borghesius censuit.

§ 28. adde:

7414 a α. IMP CAES M ‖ AN[1]) GORDIANO ‖ P F INVICTO AVG ‖ PONTIF · MAX ‖ TRIB POT III[2]) ‖ PATRI PATRIAE ‖ COS PROCOS ‖ COH I ∞ HEM[3]) GORDIANA ‖ SAGITT · EQ · C · R ‖ NVMINI · EIVS ‖ DEVOTISSIMA — *Duna pentéle* Pannoniae. Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde* cet. ex *Archiv f. Kunde Oesterr. Gesch.-Quellen* XIII, 1, p. 123, 2.

1) corr. ANT. 2) a. 240. 3) Cf. n. 6927.

§ 30. ad 5535 typothetae errore omissa est not. 6: *Quae* EST *Sub* CL*audio* N . . . . CIA *Sub* PR*aefecto*.

Decium, antequam imperaret, legatum fuisse Lusitaniae probavit Borghesius, *diploma di Traiano Decio* p. 22, titulo Grut. 151, 5, correcto ex schedis quibusdam apud Labosium olim asservatis et ex cod. Vat. 5242, p. 97; cf. Grut. 1019, 11 et Murat. 2010, 3. 4.

§ 36. adde titulum Cuicolitanum a Borghesio mecum communicatum:

7414 a β. IOVI OPTIMO MAXIM ‖ CETERISQVE DIS ‖ IMMORTALIBVS ‖ GRATVM REFERENS ‖ QVOD ERASIS FVNDITVS ‖ SIBVS[1]) SECVNDA PRAEDA ‖ FACTA SALVVS ET INCOLVMIS ‖ CVM OMNIB · MILITIBVS ‖ DD · NN · DIOCLETIANI · ET ‖ MAXIMIANI AVGG ‖ REGRESSVS ‖ AVREL · LITVA V · P · P · M · C[2]) ‖ VOTVM LIBENS POSVIT —

1) HOS†BVS, corr. B. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Mauretaniae Caesariensis*. — Cf. 7414 γ et Or. 529.

§ 39. ad n. 5594: immerito Mommsenius novicia iudicavit esse exempla Mesae asservata, quae praeter Philippium etiam de Rossi et vidit et antiqua esse mihi asseveravit. — De duobus exemplis Tarricinensibus disseruit Marinius, *difesa per la serie de' prefetti di Roma del ch. P. Corsini*, Bologna 1772, 4, qui paullo post annum 510 titulum incisum esse docuit, p. 60. De nota Ē minime rara in monumentis illius aetatis cf. l. l. p. 58.

Post n. 5595 adde titulum Capuae (*S. Maria di Capua*) nuper effossum:

7414 a γ. . . . . IISCI[1]) ‖ . . . . . . PLM ‖ ANNVM VNVM M OC‖TO DEPOSITVS SVB ‖ DIE NONV KAL IVNIA‖S IMP DN IVSTINO PP ‖ AVG ANNO QVARTO ‖ ITERVM PC EIVSDEM ‖ AVG ANNO TERTIO ∘[2]) — Bull. Nap. N. S. IV, p. 38.

1) l. *requiescit*, Minervini. 2) cf. I. N. 3896 et 3897. — Spectat ad annum 569, Mm.

CAPVT IV. DII IMMORTALES.

§ 1. ad n. 5633 a: pro *Calibitae* scribe *Calybitae.*

Post n. 5635 adde titulum Pisauri nuper effossum, quem de ectypo chartaceo a Rocchio subministrato descripsit mihique misit Borghesius, in lapide valde evanido de nonnullis litteris non satis sibi constare confessus:

7415. CVLTORES · IOVIS · LATII[1])
M. FREMEDIVS SEVERVS · ET · BLASSIA VERA PATRONI
IN DEDICATIONE DEDERVNT PANE ET VINV ET · X · S[2])
P SENEKA CORNELIVS PATRONVS · AREAM · D · D ·
M FREMEDIVS IVSTVS ET IVSTINVS SECVNDVS MVRS · Ↄ[3])

L · LVRIVS CLEMEN S	P CEIIENNIVS[4]) LEO
T COSSONIVS SEVERVS	M INSTEIVS PVDEN S
C TEDIVS SALVTARI S	AVGVSTALIS VETV L[5])
.....IIIIII......	T SVEDIVS PROCVLV S
	C · INSTEIVS ......
....	....

1) Iuppiter Latias in monumentis epigraphicis antea ignotus. 2) i. e. Xsemis. 3) Haec corrupta. 4) Fortasse CESSENNIVS, B.; num CERFENNIVS? 5) Insteius Pudens Augustalis Vetuloniae erat.

Post n. 5369 insere inscriptionem arae fulmine Iovis ornatae, rep. in civitate *Heddernheim:*

7416. IOVI · OLBIO[1]) ‖ SELEVCVS ‖ HERMOCRA‖TVS ·[2]) QVI · ET · DIO‖GENES · D · D — Becker, *die R. Inschriften im Gebiete der Stadt Frankfurt a. M.*, p. 12.

1) De Olba Ciliciae et templo Iovis celeberrimo cf. Strabon. XIV, p. 672. 2) i. e. Hermocrateos, B.

Post n. 5650 adde monumenta Lambaesitana, Renier, *Inscr. de l'Algérie* n. 28 et 29:

7416 *α*. IOVI VALENTI AESCVLAPIO ET SALVTI SILVANO ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS ANTONINVS AVG · PONT · MAX · ET ‖ IMP · CAESAR · L · AVRELIVS VERVS AVGVSTVS ‖ HAS AEDES PER LEG · III · AVG · FECERVNT — Inscriptio in aede Aesculapii et aediculis ad latera eius positis distributa; cf. l. l. n. 28.

7416 *β*. IOVI VALENTI ‖ D · FONTEIVS FRONTINIANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR ·[1]) PR · PR · COS · DESIG · In aede Aesculapii.

1) M. Aurelii et L. Veri.

§ 3. ad n. 5666: eundem GEMINIVM Capellianum (ita enim scribendum est) habes Grut. 19, 4, neque mihi certe dubium, quin in tabulis honestae missionis Arneth. XI et XII idem legatus Pannoniae commemoratus sit; quod si verum est, sub Antonino Pio eum vixisse et ab adversario Gordianorum omnino diversum esse apparet.

§ 4. ad Or. 1356 adde:

7416 γ. N • AVG ‖ DEO MARIITI • SEGOMIIONI DVNATI 1) CASSIIIA SATVRIININA EX VOTO ‖ V · S · • L · M · • — *Culoz, dép. de l'Ain. Revue archéol.* 1852, p. 315.

1) cf. SEGOMONI CVNTINO; l. l.

§ 10. ad n. 1446: corr. v. 2. DIANAE; v. 3. EISDEM; v. 4. D · S · F · C · Furlanetto, *Iscr. Pat.* p. 18, n. 26; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 108, n. 1511.

Ad n. 5706: suspicionem movent et nomen legionis a me correctum et veteranus miles sevir Augustalis; Romanum saltem monumentum esse nequit, quum Romae Augustales non fuerint.

§ 12. ad n. 5716: ex exemplo meo edidit Fr. Ritschl in indice scholarum in universitate Bonnensi per menses aestivos a. 1855 habendarum, Bonnae 1855, 4, versibusque *ionicis a minore* eum constare demonstravit. Idem optime inscriptionem interpretatus est, de qua minus accurate ipse disputavi in Bull. Inst. Arch. 1854, p. XXXVI. — Not. 3. intellige: *facias me videre R. a dominis*, sc. imperatoribus, *munere et honore auctum* cet.

§ 15. ad n. 5721: cf. p. 163, n. 1 libri laudati, quem opere absoluto et typis expresso tandem accepi. Coniecit tamen magis, quam legit, Renierus ABRECVRAE, quamquam satis probabiliter.

Post n. 5724 adde hos titulos Lambaesitanos:

7416 δ. DEO INVICTO SATVRIINO SACR P ANTOIINIVS DONATVS ‖ SACERDOS VNA ‖ CVM ANTONIO DOIINATO FILIO SVO A SOLO REIISTITVIT LA — et

7416 ε. FRVGIFERO ‖ SATVRNO ‖ AVG · SAC ‖ TI · TELTONIVS ‖ MARCELLVS ‖ PRAEFEC ‖ LEG III NG · P · V ‖ V · S · L · M — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 167. 168.

§ 21. post n. 5749 adde:

7416 ζ. SILVANO PEGASIANO ‖ D · FONTEIVS FRONTINANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR · PR · PR · COS · DES — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 30.

Silvanum Sinquatem v. n. 7416 a.

§ 23. ad Or. 1632: De Severo et Pompeiano II cos disputavit nuper Borghesius *Bull. Nap. N. S.* III, p. 121 seqq. ad hanc inscriptionem Naronae inventam:

7416 η. TEMPLVM LIBERI ‖ PATRIS ET LIBERAE VETVS ‖ TATE DILAPSVM RESTITVIT ‖ COH · I · BLG · ADIECTIS PORIITICIBVS CVRAM AGENTE ‖ FL · VICTORE 7 LEG · · · AD · P · · · 1) ‖ SEVERO ET POMPEIANO ‖ II · COS 2) —

1) l. *legionis adiutricis piae fidelis.* 2) Generi sunt M. Aurelii Aug., Cn. Claudius Severus primum fascibus ornatus anno 163, et Ti. Claudius Pompeianus legatus consularis Pannoniae inferioris anno 167, mariti hic Lucillae, ille Fadillae (cf. ad 5473 corr.), qui iterum consules processerunt anno 173. De singulis cf. l. l.

§ 24. ad Or. 1658: v. 5. l. BARNAÏ; v. 7. PLOTI · ANTEROTIS; ubique littera T super ceteras litteras eminet; vidit de Rossi in villa Carpinea ad viam Aureliam.

§ 25. adde inscriptionem hanc Lambaesitanam, Renier, *Inscr. de l'Algérie* 103.

7416 ϑ. GENIO CASTRORVM ‖ LEG · III · AVG · PRO ‖ SALVTE ET INCOLVMITATE · DD · NN ‖ IMPP ////////////////////// ‖ ////////////////////////// [1]) ‖ M AVREL DECIMVS ‖ V P P P · N · [2]) EX · PRINCIPE PEREGRINORVM VOTVM ‖ SOLVIT DEVOTVS *numini maies*‖TATIQVE EIVS [3])

1) Nomina erasa Diocletiani et Maximiani sunt; cf. 6922. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Numidiae*. 3) Verba minoribus litteris indicata ed erasam quandam inscriptionem priorum pertinent, R.

§ 27. ad n. 5802: scr. *ΛΕΣΗΟΙΝΗ*.

§ 35. ad n. 5862: inscr. Graecae v. 3. *ΣΕΞΤΟΣ*; inscr. Lat. v. 3. recte MENIS; cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 129 seqq., qui *menis magistrum* deum pro *menotyranno* dictum esse non sine probabilitate suspicatus est, de inscriptione autem Vario Marcello tribuenda et omnino ad Severum referenda ingeniosius quam verius disputavit.

§ 36. post n. 5902 insere sequentes inscriptiones Lambaesitanas:

7416 ι. DIS MAVRIS ‖ AVG SACR ‖ L · FLAVIVS ‖ M · FIL · QVR ‖ GEMINVS ‖ KALAMA ML ‖ LEG III AVG ‖ V · S · L · A — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 149.

7416 κ. MEDAVRO AVG ‖ *Sacru*M — l. l. 153.

7416 λ. MOENIA · QVI · RISINNI · [1]) AEACIA · QVI · COLIS · ARCEM ‖ DELMATIAE · NOSTRI · PVBLICE · LAR · POPVLI · ‖ SANE MEDAVRE DOMI ESANCTE [2]) HC NAM TEMPLA QVOQ ISTA ‖ VISE · PRECOR · PARVA · MAGNVS · IN · EFFIGIA · ‖ SVCCVSSVS · LAEVA · SONIPES · [3]) CVI · SVRGIT · N · AVRAS ‖ ALTERA · DVM · LETVM · LIBRAT · AB · AVRE · MANVS ‖ TALEM · TE · CONSVL · IAM · DESIGNATVS · IN · ISTA ‖ SEDE · LOCAT · VENERANS · ILLE · TVVS ////////////// [4]) ‖ NOTVS · GRADIVO · BELLI VETVS · AC · TIBI · CAESAR ‖ MARCE · IN · PRIMORI · PARVS · VBIQVE · ACIE

ADEPTO · CONSVLATV ////////////////////////// [4]) ‖ TIBI · RESPIRANTEM · FACIEM · PATRII · NVMINIS ‖ HASTAM · EMINVS · QVAE · IACVLAT · REFRENO · EX . EQVO ‖ TVVS · MEDAVRE · DEDICAT · MEDAVRIVS · — l. l. 36.

1) Est *Rhizinium* Delmatiae; cf. Forbiger III, p. 842. — Idem (II, p. 859) *Medauram* civitatem fuisse Numidiae, quae vulgo *Admedera*, *Ammedera* vocatur, ex inscr. Grut. 600, 10 apparere male credit; *Medaurianus* enim agnomen est *Numidae* Augusti servo ideo inditum, quia antea Medaurio cuiusdam servus fuerat, ipsius, ni fallor, legati hac inscriptione clari. 2) l. DOMI ESANCTE. 3) = equus. 4) Nomen dedicantis, legati, ut videtur, legionis III Aug., abrasum. — Habemus igitur deum sive heroem quendam patrium Delmatiae.

7416 μ. MOTMANO ‖ ET ‖ MERCVRIO ‖ SACRVM ‖ Q MANLIVS ‖ VICTOR ‖ 7 LEG III AVG ‖ V · S · L · A — l. l. 160.

§ 36. post n. 5911:

7416 a. DEO SILVANO SINQV [1] ‖ PATERNIVS PRO SA‖LVTE EMERITI FILI ‖ SVI · IOS [2] L M — In basi aerea parvulae statuae rep. anno 1851 in loco, cui nomen est *le Château*, *prope Géromont* in finibus Francogalliae et Belgicae. Jeantin, *les chroniques de l'Ardenne et des Woëpures*, t. I, Paris et Nancy, p. 567.

1) l. SINQVati; v. n. sequentem. 2) l. POS.

7417. DEO SINQVAT ‖ L · HONORATI‖IVS ANVS ‖ V · S · L · M — Lamina aerea affixa basi parvolae statuae, rep. a. 1846 in eodem loco, quo n. 7416 a. Op. cit. l. l.

CAPVT V. RES SACRAE.

§ 2. ad n. 5973, not. 2 fin. nota inscr. Grot. 331, 5 e schedis Knibbii, apud Murat. 1250, 4 e Ligorio datam esse.

7417 α. D M S ‖ AVILLIVS ‖ CELSVS SACER‖DOS SATVRNI ‖ VIXIT AN LXXX ‖ AVILLIA SATVR‖NINA FILIA ‖ P · M · F — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 380.

§ 3. 7417 β. D M S ‖ SALLVSTIA VIC‖TORIA SACERDA (sic) ‖ MAGNA V A XCV ‖ MENSIB VII IV‖LIVS FAVSTINVS ‖ ET IVLIA DONATA ‖ MATRI BENE MERENTI — Lambaese. Op. cit. 744.

§ 5. ad Or. 2202: l. 5 pro p. 202 scr. p. 220.

Adde n. 7417 γ. M · LVCRIITIO · FLAM · MARTIS DIICVRIONI POMPIII — Pompeiis, in epistola picta in pariete domus cuiusdam. Bull. Nap. N. S. IV, p. 55.

§ 8. ad Or. 2242: idem Sullinos commemoratur anno 186 in albo Saliorum Palatinorum.

Post n. 6008 insere inscriptionem, quam nescio quo casu ineditam descripsi nuper haud exiguo cum labore in Museo Vaticano:

7418. D · M · IN · HOC · TVMVLO · IACET · CORPVS ‖ EXANIMIS (sic) · CVIVS · SPIRITVS · INER DE‖OS · RECEPTVS · EST · SIC · ENIM MERVIT ‖ M VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET ‖ LVPERCVS CVCVRRIT [1] VIVS [2] LOCI REFRIGE‖RAT [3] CVIVS FAMA IN ETERNA (sic) NOTA EST ‖ QVI VIX ANN · XL · MENSIB · III · DIES · XXVIIII · ‖ · · · · · · IESIS · CONIVGI · INCONPARABILI ‖ · · · · · · · · TISSIMO MARITO MEO QVI · VI ‖ XIT MECVM PLVS · MINVS ANNOS · XVIII · IN QVO ‖ NVLLA QVERELLA ABVIT CVM BIXIT BIXIT (sic omnia) ‖ VBI DEFVNCTVS ES (sic) MALE BIXI ‖ · P ·, —

1) Nota verbum currendi huius sacerdotii proprium. 2) i. e. *huius*. 3) Incertum, utrum T, an S in marmore fuerit.

Post § 9. adde § 10: *fratres Arvales.*

7419. . . . . . T SEXTIVS · AFRICANVS · AEL*ius* · *lamia* · *m* · *valerius*[1])
*m*ESSALLA
IIII · K · IVLIAS · INCAP*itolio* · *l* · *vitellius* · *magister*[2])
*co*NLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · *Nomine* · *vota* · *nuncupavit* · *pro valetudine*[3])
*ne*RONIS · CLAVDI · DRVSI · GERMA*n* · *caes* · *praeunte* . . . . . *in e* · *v* · *q* · *i* · *s* · *s*[4])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · TE · PR*ecamur* · *atque* · *obsecramus* · *uti*
*t*V · NERONEM · CLAVDIVM · SVBO*lem* · *agrippinae* · *aug* · *imp. claudii* · *germ* ·
*d*IVINI · PRINCIPIS · PARENTISQVE · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent* · *salvom* · *incolu*[5])
*m*ENQVE · CONSERVES · ET · INRELIQ*uom* · *malae* · *valetudinis* · *primo* (sic)
QVOQVE · TEMPORE · PRAESTES · EX*pertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt* · *eruntve* · *astu* · *ea* · *ita*
*f*ACXSIS · TVM · NOS · TIBI · BOɘE · AVR*ato* · *vovemus* · *esse* · *futurum*[6])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · QVAE · I*n verba* · *tibi* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum*
QVOD · HODIE VOꟻIMVS · ASTV · EA · IT*a* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *in eadem* · *verba*
QVOD CONLEGIVM · FRATRVM · AR*valium* · *hodie* · *vovit* · *b* · *a* ·
*ti*RI · ЯOꟻEMVS · ESSE · FVRVM (sic)
*iu*NO REGINA · QVAE IN VERBA · IOꟻ*i* · *optimo* · *maximo* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse*
*f*VTVRVM · QVOD · HODIE · ЯOꟻIMV*s* · *astu* · *ea* · *ita* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in e* · *v*
*c*ONLEGI · FRATRVM · ARꟻALIVM · NO*mine* · *bove* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*mi*NERVA · QVAE IN VERBA · IVNON*i* · *reginae* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum* · *quod*
*h*ODIE · VOVIMVS · ASTV · EA · ITA · FAC*xsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in eadem* · *verba* · *conlegi*
*frat*RVM · ARꟻALIVM · NOMINE · BOɘ*e* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*sa*LVS · PVBLICA POPVLI · ROMANI · *Quiritium* · *te* · *obsecramus* · *preca*[7])
*m*VRQVE · VTI · TV · NERONEM · CLAV*dium* · *subolem* · *agrippinae* · *aug* · *imp* · *claudii*
*g*ERMANICI · DIVINI · PRINCIPIS · *parentisque* · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent*
*s*ALVOM · INCOLVMEMQVE · CON*serves* · *et* · *in reliquom* · *malae*
*v*ALETVDINIS · PRIMO · QVOQVE · *tempore* · *praestes* · *expertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt*
*e*RVNTVE · ASTV · EA · ITA · FACXSIS · TVM · *nos* · *tibi* · *b(ove)* · *a(urata)* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
IN CONLEGIO · ADFV*erunt*
. . . . AIICI. . . . . /SSILA[8]) . . . .

— Fragmentum actorum collegii fratrum Arvalium Romae erutum, nunc in Museo Capitolino. Melchiorri, *appendice agli atti de' fratelli Arvali di G. Marini*, *Roma* 1855, 4 (opus postumum). Ipse vidi et paucis locis correxi.

1) cf. Mar. Arv. XIV, XV, XVI, XVIIa, XVIIb, et p. 105 de Sextio Africano (Tac. Ann. XIV, 46). Aelium post hunc commemoratum Melchiorrius ex sententia Borghesii Aelium quendam Lamiam esse censet, p. 5. 2) *Dies iiii kal. iulias* quum in ceteris actis fratrum Arvalium nunquam commemoretur, extra ordinem collegium

convenisse ac vota singulari quadam oblata occasione nuncupasse apparet; quapropter editor ad vota pro *adoptione* Neronis Caesaris nuncupata tabulam pertinere suspicatus est. At melius verba cum sententia Mommsenii conspirant, qui vota pro *valetudine* Neronis nuncupata esse censuit. — Messallam ab initio versus eiusdem obvium M. Valerium M. consulem anni 58, magistrum vero collegii in fine desideratum L. Vitellium esse putat, quem tabula Mariniana XI eo magisterio functum esse sub Claudio imperatore docemur. 3) Ita Mommsenius, cui supplementa quoque debentur versuum 9. 10 et 25. 26. 4) Supplementa Melchiorrii, quamquam veterorum versuum modum paullulum excedunt, vera tamen videntur esse; quae verbis per compendia notatis breviora reddere conatus sum. 5) Nota titulum *divini principis* hoc documento primum obvium: *parentis publici* nomen habes Mar. Arv. XIII. XXVIII et p. 90. — Titulum *principis iuventutis* ipse addidi vv. 8 et 24. — 6) Melchiorrius voce *aurato* versum terminat, eam cum esse *furum* v. 15 fortasse falso coniungendam esse, versumque 12 voce *In verba* explet; sed parum bene sermonem tum procedere patet. Quamobrem ipsum votum equidem credidi repetitum versusque sequentes ea ratione supplendos esse, qua feci. In his nota errore quadratarii scriptum *tiri*, *furum* pro *tibi*, *futurum*. 7) Melch. supplevit: *Quae . in . verba . Minervae . vovimus . b . a . esse . futurum . te . obsecramus . precamurque*, et in v. 27: *tum . nos . tibi . in eadem . verba . conleg . fr . arv . nomine . b . a . vovemus . esse . futurum*; quibus verbis versus veteris multo longiores fieri nemo est qui non videat. Praeterea ipsa verba, in quae vovetur, cum denuo proferantur (*uti — eruntve*), formulas de Iunone et Minerva usitatas in Salute publica locum esse nequit. Immo redeundum esse videtur ad ea verba, quibus voto continetur Iovi nuncupatum, nisi quod pro *bove aurato* ponendum erit *bova aurata*. — Q litteram *Quiritium* nominis vestigium esse credidi, licet in veteris monumentis fratrum Arvalium *Salus publica populi Romani* simpliciter appellata sit. 8) Male Melchiorrius legit AEL et SLA, *Aelii* et *Messallae* nomina hic exstare ratus. Mihi de prioribus litterarum fragmentis non plane constat num littera quarta re vera fuerit C, neque igitur decidere ausim de nomine iis indicato. Pro *Messallae* contra legendum est *iuni*VS SILAnus; cf. Marin. VIII. IX. — Nota litteram Claudianam Ⅎ raro admodum in tabula nostra positam.

Ad n. 7419 *a*. 1) Commodus quintum consul processit anno 186, sextum anno 190, unde recte R. aetatem fragmenti his annis circumscribi declaravit. 2) Omisi *et* particulam ab Rossio ante DIVI admissam. — PRQ est *Populi Romani Quiritium*. 3) Hoc versu praenomen *Gaio* fuisse docemur Arrio Antonino n. 6485. — M. Antonium Iuvenem habemus Mar. Arv. XXXII. XXXIII. 4) De L. Novio Rufo cf. Borghesium l. l. p. LIII, qui anno 193 eum legatum Pertinacis fuisse Hispaniae Tarraconensis inscriptione Grut. 209, 1 probat; anno 197 ut amicus Albini a Severo interfectus est (Spart. Sev. 13). Hinc Borghesius Rufum ducem fuisse suspicatur factionis Albinianae in Hispania, quam a Candido devictam esse scimus; cf. ad Or. 798. De consulatu eius nihil constat nisi quod de ipso fragmento proposuimus. 5) Errore quadratarii *segmetatis* pro *segmentatis*. 6) Pertinax iunior filius eius, qui postmodum imperavit, tunc praefecti urbi. — Flavium Sulpicianum pro eodem cum Fl. Claudio Sulpiciano socero Pertinacis Rossius habet.

7419 *α*.

I . . ISI . . . .

. . . . *iovi* · *o* · *m* · *bovem* · *marem* · IVNONI RE*ginae bovem feminam*
saluti · *bovem* · *feminam* · *i*SDEM COS . . . *idus* · *ianuarias*
in pronao · *aedis* · *concordiae* · *fratres* · *arv*AL · SACRIFIC · DEAE DIAE IN*dixerunt*
ibique . *T. Fl. Sulpicianus* · *promagister* · *velato* CAPITE CONTRA ORIENTEM *Sub divo* · *columine*
quod · *bonum* · *faustum* · *felix* · *fort*VNAT · SALVTAREQ · SIT IMP CAES M · *Aurelio* · *commoda*
anton'*no* · *aug* · *pio* · *sarm* · *germ* · *max* · *p·m*·PP COS V · OPTIMO MAXIMOQ · PRINC*ipi* · *divi* · *marci*[1])
antonini · *filio* · *divi* · *ant*ON · PII NEPOTI · DIVI HADRIANI · PRO*nepoti* · *divi*
traiani · *parthici* · *abnepo*T DIVI NERVAE ADNEPOTI SENATVI · P R Q *fratribusque*[2])
arvalibus · *sacrificium* · DEAE DIAE HOC ANNO ERIT . ANTE DIEM VI K · IV*nias* · *romae*
ante · *diem* · *IIII* · *kal* · *iunias* · *i*N LVCO ET DOMI · III · K · IVN · CONSVMM · DOMI · AD*fuerunt*
in collegio · *t* · *flavius* · *sulpici*ANVS · PRO MAG · C · ARRIVS ANTONINVS · M · ANT(*onius* · *iuvenis*[3])
. . . . VOL NOVIO RVFO COS VI K IVN*ias*[4])
in palatio · *in divorum* · PER PROMAG · FL · SVLPICIANVM FRATR . AR*vales* · *prae*
textati · *sacrificium* · *deae* · *di*AE TVRE ET VINO FECERVNT · IBIQVE D*iscumbentes*
toralibus · *segm*ETATIS MINISTRANTIB · PVERIS PATR*imis* · *et* · *ma*[5])
trimis · *senatorum* · *filii*S ACILIO AVIOLA ET · ACILIO SEVERO E*t m* · *ulpio* · *boetho* (?)
et · *helvio* · *pertin*ACE IVN · CVM PVBLIC · AD ARAM RE*tulerunt*[6])
adfuerunt · *in* · *collegio* · *t* · *fl. sulpicianus* · *promag* · *m* · *antonius* · *iuvenis* . . .

— Fragmentum actorum fratrum Arvalium rep. Romae in Aventino ad D. Sabinae. Bull. Inst. Arch. 1855, p. LII. Supplementa sunt Ioannis Baptistae de Rossi; cf. imprimis Marin. Arv. tabb. XXXII et XXXIII.

§ 20. post n. 6061:

7419 *β*. C · POMPONIVS · ZOTICVS · COLLEGIO ‖ APOLLINARIO D · D — Cumis in vase aereo Bull. Nap. N. S. IV, p. 51.

§ 24. ad n. 6110: habes nunc delineatum et aeri incisum in Annalibus Instituti Arch. 1854, p. 83.

Ad n. 6115: Mommsenii explicatio non placet; neque enim accusativus vocis *Danaës Danaënen* esse potest, nec sensus verborum convenit. Mihi *Danaë* vocativus est, *habes* autem male pro *habeas* scriptum, ita ut *Danaae* hostia a Sotericho offeratur, qua manes eius placentur, ne uxorem Eutychiam rapiant.

§ 25. ad n. 6123: v. ult. corr. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 252: QVI DIIES POST BIS VI K FVIT, anni bissexti mentionem in hac inscriptione exstare demonstrans.

CAPVT VI. LVDI. RES SCENICA CET.

Post n. 6153 adde:

7419 γ. .... ‖ DIVISIONES RELIQ .... [illegible] CONSENTIENTE PLEBe ‖ IN MVNVS GLADIATORIVM ET SAEPTA LIGNEA ‖ INPENDERE ITA VT DEDICATIONE STATVAE ‖ IMP ANTONINI AVG PII PP EDITIO INCHOETVR ‖ ET EODEM DIE OMNIBVS ANNIS CELEBRETVR ‖ DVM EA QVAE LEGIBVS PLEBISVE SCITIS ‖ SENATVSQVE CONSVLTIS CAVTA CONPREIIIENSAQVE SVNT SERVENTVR — Rep. in loco, cui nomen est *Calorretta*, prope *Saluzzo*, nunc Augustae Taurinorum. Muletti, *Saluzzo* p. 28; Durandi, *città di Pedona* p. 106; Vernazza, *lapide romana spiegata*, cet. Ipse descripsi; neque tamen de litteris mutilis in medio v. 1 plane mihi constat.

7419 a. DIVO PERTINACI ‖ AVG · PATRI [1] ‖ L · SCANTIVS · L · FIL · QVIR ‖ IVLIANVS · EQ · PVB ‖ EXORNATVS STATVAM ‖ QVAM PROMISIT ‖ EX REDITIBVS LOCORVM AMPITHEATRI (sic) DIEI MVNERIS ‖ QVEM DE LIBERALITATE SVA OB HONOREM IIIVIRATVS EDIDIT DEDIT — Constantinae. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 182.

1) sc. Severi Augusti.

7419 b. CVRANTE FVLVIO ‖ AEMILIANO C V [1] ‖ LOCA QVAE IVLIVS IANVARIVS [2] REIP DONAVERAT ‖ CENTONARI SVO IMPENDIO RESTITVERVNT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* p. 466, et ex eo Renier, *Mél. d'épigr.* p. 10.

1) Idem cum n. 3134, diversus autem a n. 6486; cf. *Addenda* ad hunc titulum.
2) Cf. Maff. M. V. 312, 1 = Boissieu l. l.: LOCA N D IN CIRC ‖ SEX . IVL . IANVARIVS ‖ AEDIL DAT.

Post n. 6160 insere:

7419 b α. HYPOLITVS ‖ SEPTIMII ‖ SP · K · IAN ‖ M · LOLLIO · COS [1] — Romae. Descr. ipse.

1) Spectat ad a. 733 = 21 a. Chr.; cf. Dion. 54, 6.

Ad nn. 6162. 6163: consules fuerunt Sentius Saturninus anno 735 = 19, imp. Caesar Aug X et C. Norbanus a. 730 = 24. — N. 6163 spurium iudicat Mommsenius auctoritate Mariuii, neque tamen, ubi

hanc tesseram condemnet, invenire mihi contigit, nec rationes perspicere, quibus adductus falsam eam reputare possim. Num Mommsenius fallitur, tesseram una cum nostra editam (I. N. 6304), quam re vera condemnavit Marinius Arv. 26, cum hac confundens? — Nota tamen SPECT pro SP scriptum.

Post n. 6173 adde:

7419 c. D · M ‖ PAERAEGRI (sic) ‖NO MVRMIL‖LONI PRISCA‖ COIVX PRIMO ‖ PALO [1]) BENE ‖ *merenti* — Rep. prope Puteolos, neque tamen certum, num Puteolis an Cumis tribuendus; exstat Neapoli apud Baronem antiquarium. Bull. Nap. N. S. III, p. 95.

1) Cf. Or. 2572. Nomen *primi pali* e *palo* deducendum esse, quo gladiatores exercebantur, exposui in explicatione musivi in villa Borghesiana esservati, p. 37 (in Actis acad. pont. archaeol. Rom.).

Or. 2596 spurius est.

Ad Or. 2643 cf. Minervinium, Bull. Nap. N. S. IV, p. 4 seqq. et p. 49. Cf. etiam nostros nn. 7421 $\alpha - \gamma$.

CAPVT VII. MATRIMONIVM.

7419 c α. D M S ‖ IVLIA FORTV‖NATA V A XXVIII M‖X CVM SPONSO SVO · ‖ ANN XII V CORNIFIC ‖ FORTVNATVS MENS LEG ‖ III AVG SPONSAE SVAE ‖ KARISSIMAE FECIT — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 564.

7419 c β. D M ‖ CASSIAE ‖ FAVSTINAE ‖ PVPAE V A IV ‖ CASSIA RVF‖INA FIL · P · FEC — Ibd. Op. cit. 497.

7419 c γ. D M ‖ CL · BACVLO QVI ‖ VIXIT ANN V ET DI‖ES XXX TELTONIVS ‖ EROSION COLL‖ACTITIO DVLCISSI‖MO FECIT — Ibd. Op. cit. 509.

CAPVT VIII. NOMINVM RATIO.

Ad n. 6212: cognomina tunc praesertim ante nomina ponebantur, quum pluribus cognominibus aliquis utebatur.

N. 6227 est iam n. 5395, ubi v. in *Corrigendis*.

Ad n. 6239: certum exemplum praenominis *Gaiae* hoc repperi:

7419 c δ. D M S ‖ C · ANNIAE ‖ MAXIMINE ‖ VIXIT ANIS (sic) ‖ XXXIII — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 301; nam in alio monumento Lambaesitano, op. cit. 727, cognomen potius est praenominis instar ante nomen collocatum:

7419 c ε. D · M ‖ GAIAE · IVLIAE ‖ C · IVLI · CELERIS ‖ FILIAE · VIXIT ‖ ANNOS · XVI · DIES · II ‖ C · IVLIVS · FLACCVS ‖ CONIVGI PIENTISSIMAE ‖ AC DE SE BENE MEREN‖TI · ITEM · C · IVLIVS · CE‖LER · PATER · FILIAE · PI‖ENTISSIMAE FECE‖RVNT · — (cf. ad n. 6231.)

Ad n. 6246: nomen *Iulii* et *Iuliae* per compendium I expressum habemus nunc etiam in titulis Lambaesitanis, op. cit. 730 et 868:

7419 c ζ. D · M · ‖ I · DEMETRIAN‖VS · MIL · LEG · III ‖ AVG · VIX · AN ‖ XXV · FRATRES ‖ B · MERENTI ‖ FECERVNT — et

7419 c η. D M S ‖ I · MAXM‖A · V · AN · VII ‖ II · PATER · IN ‖ FECIT —

Eosdem autem consules exstare in fragmento actorum Arvalium Mar. II, et suffectos esse anno 774. Ipsas litteras in Ann. Inst. Arch. 1855 mox publicandas curabo. — Quod deinde in fastis Capitolinis nomina suffectorum abrasa esse dixi, id minus accurate proposui. Abrasa enim re vera pars prior versus est, neque tamen suffectorum nominibus ibi spatium sufficiebat; praeterea collatis fastis annorum praecedentium facile concesseris, minime fieri potuisse, ut hoc quidem loco suffecti signarentur. Quapropter ibi quoque nomina *Caecina Largus* incisa fuisse conieci, deleta tum, quum effigies eius consulto senatus aboleretur; Tac. Ann. XI, 35. — Not. 5. quae de praenomine Pomponii Graecini Borghesius olim litteris mihi significavit, parum recte disputata erant; nam inscriptio Fabrettiana 701, 224 ad consules pertinet anni 797 = 44 p. C.; conf. Borghesium, Bull. Inst. 1848, p. 41 et n. 6445, not. 7. Nihil igitur obstat, quin Graecinus Scribonio Kalendis Iuliis suffectus esse credatur. — Not. 6. Nihilo minus *Caelium* verum hominis nomen fuisse, nunc videtur constare titulo n. 7419 d β contra auctoritatem Dionis et fastorum Lunensium. Inscriptio Maff. M. V. 353, 1 Antoninio debetur; cf. Mommsen, I. N. 20. * — Nuper in Actis acad. pont. arch. vol. XIV. Grifi, *iscrizione antica dell' Auriga Scirto*, tab. III, fragmentum parum accurate edidit.

7419 d β. (Anni ab U. c. 766 — 778.)

CARISIANESIS . Ɔ . L

SCIRTVS . AGITATOR . FACTION . ALBAE


L · MVNATIO · ET · C · SILIO · COS · QVADR ·	VIC · I · SEC · I · TER · I
SEX · POMPEIO · SEX · APPVLEIO · COS ·	VIC · I · SEC · I · TER · II
DRVSO · CAESAR · C · NORBANO · COS ·	VIC · I · SEC · II · TER · V
SISENNA · STATILI · L · SCRIBONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · V · T · V
C · CAELIO · L · POMPONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · IIX · T · VI
TI · CAESARE · III · GERMANICO · CAESAR · II · COS	SEC · VII · TER · XII
M · SILANO · L · NORBANO · COS	R · I · S · V · TER · V
M · VALERIO · M · AVRELIO · COS	SEC · III TER · IIII
TI · CAESARE · IIII · DRVSO · CAESAR · II · COS	SEC · II · TER · V
D · HATERIO · AGRIPPA · ET · SVLPICIO · COS ·	SEC · III TER · IV
C · ASINIO · C · ANTISTIO VETERE · COS ·	R · I · S · I · TER · V
SER · CORNELIO · CETHEGO · L · VISELLIO · COS ·	SEC · I TER · IIII
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · M · ASINIO · COS ·	TER · II

SVM · SVM · QVADR · VIC · VII · REVOC · IIII · SEC · XXXIX · TER ·
LX · 1) ET · IVSTITIALE · I · SEIVGES · II

Rep. Romae, in via Latina. Grifi, l. l. tab. II. Videre mihi non licuit. De singulis vide in Annall. modo laudatis.

1) SVM*ma* SVM*marum* QVADR*iga* VIC*it* VII. REVOC*atus* IIII. SEC*undas (tulit)* XXXIX. TER*tias (tulit)* LX. Hinc explica notas in titulo obvias. Quid IVSTITIALE sit, equidem ignoro.

7419 d γ. (Anni U. c. 771 et 772.)



Fragmentum hucusque ignotum, quod in codice Pighii Berolinensi repperi, loco non indicato. Illustravit Borghesius in Bull. Inst. Arch. 1856. Hic repetii propter praetores in eo commemoratos, quos *praetores aerarii* esse ex Or. 3128 apparet. Inde B. fastos esse collegit cuiusdam suspicatus est cum aerario coniuncti.

Ad n. 6453: fieri potest, ut interpolata inscriptio sit; quam totam spuriam esse haud facile credam, quum honorum series optime se habeat.

Ad n. 6456 a: de rebus cf. nunc Bull. Inst. Arch. 1855, p. XXIV.

§ 7. ad Or. 3186: Smetius 67, 3 et cod. Vat. 5253, p. 52 solos versus 8 priores et fragmenta quaedam versus 9. exhibent; quibus male a Boissardo partem inferiorem alius cuiusdam tituli adglutinatam esse, ipso bello Germanico anni 168 expeditioni Armeniacae anni 163 anteposito facile intelligitur. Ceterum *Laeliano* legendum est (Borghesi).

Ad n. 6472: I. B. de Rossi, *Nicomaco Flaviano* p. 61, n. 1 (Ann. Inst. Arch. 1849, p. 351) ex cod. Vat. 5253, p. 158 priores duos versus inscriptioni mutilae ab Aldo Manutio adiunctos esse affirmat; reliqua pars exstat in Museo Capitolino.

Ad n. 6476: not. PALASS mihi cognomen est Panckarii per compendium expressum.

Ad n. 6485: editus circa idem tempus, quo a Borghesio et Mommsenio, amplissimoque instructus commentario ab A. W. Zumptio, qui et ipse Arrio Antonino titulum tribuendum esse recte invenit; Comment. epigr. II, p. 3 — 70. — Praenomen Arrio fuisse *Caio*, iam constat e fragmento tabulae Arvalium n. 7419 α.

Ad n. 6486: Renier, *Mél. d'épigr.* p. 40 titulum ita restituit, ut eundem hunc Fulvium esse reputet cum eo, cui Or. 3134 positus est; id quod parum recte disputatum esse eo mihi probatur, quod pontifi-

catum illi quidem post praeturam, huic iam ante quaesturam datum esse ipsa honorum serie satis elucet; nam quod R. affirmat, sacerdotium *secundum consuetudinem* Romanorum statim post consulatum ante ceteros honores positum esse, eam nego equidem eorum fuisse consuetudinem, quum inter tot exempla Saliorum in hoc certe libro obvia decem (2242. 2285. 3134. 3135. 3782. 5003. 5435. 5447. 5999. 6007.) repperérim, quibus sacerdotium eo loco recensetur, quo in serie honorum re vera positum erat. De quattuor aliis (560. 2243. 2245. 4495) nihil constat, quum vel sola sacerdotia iis commemorentur, vel unus addatur magistratus. In n. 2761 sacerdotia ab initio tituli ante omnes honores collocantur. Ita solus titulus n. 6006 cum sententia Renieri conspirat; de n. 2151 enim certum iudicium non pronuncio, quum ad praetorem pertineat. Saliorum autem exempla ideo proposui, quia eo sacerdotio iuvenes functos esse constat patrimos et matrimos, qui impetrato alio quodam sacerdotio illo se abdicare tenebantur, ita ut de Saliis tantum certi aliquid affirmare possimus.

Ad n. 6487: ab hac inscriptione edenda tunc, quum librum conscriberem, abstinendum esse credidi, quia ipsum Melchiorrium eam mox editurum esse noveram; quem quum litteris et amicis nuper morte ereptum adhuc lugeamus, nihil nunc obstat, quo minus monumentum dudum a Borghesio mecum communicatum publici iuris faciam:

7420. C · SABVCIO · C · F · QVIR · MAIORI ‖ CAECILIANO · COS ‖ SODALI · AVGVST · CLAVDIAL · PROCOS · PROV ‖ ACHA · LEG · AVG · PR · PR · PROV · BELGICAE ‖ PRAEF · AERARI · MIL · LEG · IVRID · PROV ‖ BRITANNIAE · IVRID · PER · FLAMIN · ET ‖ VMBRIAM · CVRAT · VIAE · SALAR · ET ‖ ALIMENTORVM · PRAET · CANDID · TR · PLEB ‖ ....

Post n. 6489 insere:

7420 *a*. L · NOVIO · CRISPINO ‖ MARTIALI · SATVRNINO ‖ COS · DESIG · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AFRICAE · [1]) PROCOS · GALLIAE ‖ NARBONENSIS · LEG · AVG · LEG · I · ITALICAE ‖ LEG · AVG · IVRIDICO · ASTYRIAE · ET · GALLAECIAE ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI · PRO · PRAET ‖ PROVINCIAE · MACEDONIAE · TRIB · MIL ‖ LEG · VIIII · HISP · IIII · VIRO · VIARVM ‖ CVRANDARVM · SEVIRO · EQ · ROMANORVM ‖ VETERANI LEG · III AVG ‖ QVI · MILITARE · COEPERVNT · GLABRIONE ‖ ET · TORQVATO · ITEM · ASIATICO · II · ET · AQVILINO · COS [2]) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 19.

1) Numidiam rexit sub Antonino Pio trib. pot. X et XI (l. l. 17. 18), i. e. annis 147 et 148, ita ut anno 146 C. Prastinae Messallino cos. 147 successisse videatur (l. l. 10. 11). Ipse igitur anno 149 fasces gessisse credendus est. 2) i. e. annis 124 et 125.

Ad n. 6502: vv. 10. 11. correxit Renier, *Mél. d'épigr.* p. 81. *dilect. per* ‖ AFRICAM · MAVR*etanias*, recte opinor; neque enim *legato*, quem equidem admisi, nec *comiti* ibi locum esse facile constat. — Idem

l. l. p. 75. titulum affert patris fortasse Caesernii, quem propterea hic proponendum esse censui, quia *missus* dicitur *ad dilectum iuniorum* cet.

7420 a. T · CAESERNIO · · · F · PALAT · STATIO ‖ QVINTIO · STAT*ia*NO · MEMMIO · MA‖CRINO · COS · SOD*al* · AVGVSTALI · LEG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AF*ri*CAE · LEG · LEG XIIII · G · M · V [1] ‖ MISSO · AD · DILEC*tu*M · IVNIORVM · A · DĪVO ‖ HADRIANO · IN · R*e*GIONEM · TRANSPADA‖NAM · [2] TR · PL · QVAE*st* · CANDIDATO · DĪVI · HADRIANI ‖ COMITI · EIVSDEM · I*n* *ori*ENTE · XV · VIRVM · (sic) STLITIB ‖ I*udican*DIS ‖ D · D · PAT*rono* · *iiii* COLON P · P — Constantinae. Renier, qui bis titulum exscripsit, *praeturam* omissam et pro X*virum* re vera XV-*virum* scriptum esse testatur. Eius supplementa recepi.

1) *Geminae Martiae Victricis.* 2) Cf. n. 5478, et *dilectatores*, quos minus recte ex solis praefectis electos esse scripsi ad titulum modo laudatum; cf. praeter n. 6502 inscriptionem n. 6453, quae quamvis interpolata, pro spuria tamen haberi nequit.

N. 6505 = 5575.

Ad n. 6509, not. 2: Titulus Toriniensis nunc exstat in civitate *Saint-Lo*; v. Mommsen, l. l.

Post n. 6521 adde:

7420 a *α*. · · · AELO RVFO IVVA‖rIO VE FL PP [1] DVVMVRA‖LCIO DO [2] RP CVRATORI ‖ AD FISCI ADVOCATONES ‖ TER NVMERO PROMOTO ‖ THEVESTNAM HADRVMETINAM THAMVC AD ANONAM ‖ PERP [3] AEL VICTORNVS ‖ FL PP IIVR E HOR PARTOR ML [4] ‖ IIVR CONCoRDSSIMO — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 237.

1) FL*amini* PerP*etuo*. 2) Num QQ, *quinquennalicio?* Lapidem enim valde detritum esse asserit R. 3) R. THAMV*gadinam*, *Curatori* AD ANNONAM PERP*etuo*; sed melius credo conieci THAMVC = THAMV*gadinam* vel THAMVGAD*inam*, nisi potius in voce ANNONAM ipsa latet terminatio adiectivi *Thamugadinam*. Quod si minus placet, *ad annonam* credo simpliciter dictum esse pro *procuratore annonae*. 4) A MIL*itiis*, R.

N. 6525 = 5412.

CAPVT XI. OFFICIA MINORA.

Ad n. 6567: lapidem nuper cum Hübnero in amphitheatro Flavio ipse inspexi et Borghesium quidem nomen Carini, Fenm vero · · · SV · · · TABVL recte legisse cognovi.

CAPVT XII. LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

Ad n. 6579, not. 1. pro *militum* supple *Munici*PVM.

Ad n. 6601: postea vidi ectypum chartaceum. Titulus litteris magnis et pulchris altioris antiquitatis exaratus est. Recte conieci *Rutilus*, sed omissa est nota *quaestorum*; versus enim duos priores ita scribe:

M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q

N. 6608 nunc melius exhibetur a Reniero, *Inscr. de l'Alg.* 131: TABVLARIVM PRINC ‖ *cu*M IMAG ‖ DOMVS DI‖VINAE R*e*‖NO-

VATVM ‖ aB VLPIO ‖ aNTONiNo ‖ pRINC · Et ‖ OPTIONes ‖ COH PRim ‖ ET ADIVtor ‖ DE SVO FeCERVNT ‖ M AVRELIVS AVRELIANVS PP [1]) — Lambaese, „*au praetorium, sur deux fragments de schola, comprenant: le premier, le pilastre de gauche, relativement au spectateur, et une partie de la face principale; le second, une autre partie de la face principale.*" R. Hoc fragmentum nimis mutilum omisi.

1) Sic intellige: *tabularium principalium cum imaginibus domus divinae renovatum ab Ulpio Antonino, principales et optiones cohortis primae* (sc. legionis III. Aug.) *et adiutores de suo fecerunt. M. Aurelius Aurelianus primus pilus* (sc. eiusdem cohortis). — Renierus l. l. 12. cohortem quandam PRaETorium ADIVtricem invenisse sibi visus est, plane ignotam; cetera recte interpretatus est.

Post n. 6634 adde hos titulos Lambaesitanos:

7420 a β. IMPP CAESS C VALERIVS DIOCLETIANVS P ‖ F INVICTVS AVG ET M AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS P F INVICTVS AVG AQVÆDVCTVM ‖ TITVLENSEM AB ORIGINEM VSQVE AD CIVITATEM LONGA VETVSTATE CORRVPTVM ‖ PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPPN [1]) AD MELOREM STATVM ADDITS LIMIS RESTITVERVNT CVRANTBVS AEMILIO LVCINO AVGVRE CVR REI P ET IVLO AVRELIO · 7 · — Ad nymphaeum. Renier, Op. cit. 108.

1) *Virum Perfectissimum Praesidem Provinciae Numidiae.*

7420 a γ. AQVAM TITVLENSEM QVAM ANTE ANNOS ‖ PLVRIMOS LAMBAESITANA CIVITAS INTERVERSO DVCTV VI TORRENTIS AMISERAT ‖ PERFORATO MONTE INSTITVTO ETIAM A ‖ SOLO NOVO DVCTV SEVERINIVS APRONIANVS VP · PPN ‖ PAT · COL · RESTITVIT · CVR · AELIO · RVFO · V · E · FL · PP · CVR · RP — Ibd. l. l. 117. — Ad stativa legionis III. Aug. pertinet haec inscriptio pone praetorium reperta:

7420 a δ. AQVAEDVCTVM ‖ LEG III AVG DIOCLETIANI ET MAXIMIAN AVGG ‖ NN MVLTORVM INCVRIA DILAPSVM ET PER LONGAM ANNORVM SERIEM NEGLECTVM INVICTISSIMI AC RESTITVTORES ET PROPAGATORES ‖ ORBIS SVI DIOCLETIANVS ‖ ET MAXIMIANVS AVGG [1]) CVRANTE AVRELIO ‖ MAXIMIANO VP PPN ‖ ET CLODIO HONORATO ‖ VE PRAEF LEG EIVSD ‖ IN MELIVS REFORMATVM AD INTEGRITATEM RESTITVERVNT — Op. cit. 109.

1) Nomina imperatorum scalpro deleta, sed leguntur; R.

Nota denique inter monumenta Lambaesitana SEPTIZONIVM commemoratum in fragmento epistylii ad nymphaeum effosso; op. cit. 78.

CAPVT XIII. VECTIGALIA CET.

Post n. 6644 adde:

7420 a ε. D · M · S · ‖ IVLIA · FORTVNATA · VIX · AN · XXVII ‖ MARVLLVS · IVLIANVS ‖ EX · OFF · RAT · HER ·

EIVS ‖ CONIVGI • DVLCISSIME (sic) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 981.

Ad n. 6663: in iis, quae adnotavit Mommsenius, scribe 6905 pro 6915; ceterum titulus mihi etiamnunc videtur sincerus esse, licet exemplum Neapolitanum spurium sit, confictum ex consuetudine falsariorum, qui inscriptiones genuinas in lapidibus incidere, raro novas ipsi sibi excogitare solent.

CAPVT XIV. RES MILITARIS.

§ 1. post n. 6713 insere inscriptionem Lambaese repertam; Renier, *Inscr. de l'Alg.* 784:

7420 a ζ. MEMO‖RIAE ‖ C · IVL · NEPOTIS ‖ DOMO · AME ‖ DARA · 1) PED · SNG 2) ‖ VIX · ANN · XVIII ‖ C · IVL · VERVS · BF ‖ COS · FRAT · PIISSIM —

1) It. Ant. p. 26 ed. Wess.; p. 10 ed. Pind. *Admedera colonia* inter Lares et Thevesten; cf. Forbiger, Geogr. ant. II, p. 859, ubi v. ceteros. 2) PED*es* SIN*Gularis*.

Ad n. 6741: parum recte titulos cohortium singularum legionis III. Augustae hoc quidem loco a me laudatos esse, elucet nunc ex Renier, *Inscr. de l'Alg.* nn. 11 — 16.

§ 2. post n. 6781 adde hos titulos Lambaese repertos:

7420 a η. D M ‖ COCCEIAE ‖ MARCIAE ‖ CONIVGI ‖ CARISSIMAE ‖ ET MATTIAE ‖ COCCEIANE (sic) ‖ FIL · DVLCIS ‖ Q · MATTIVS ‖ QVARTVS ‖ FICINO ‖ PRINC · LEG ‖ III · AVG ‖ FACIEND ‖ CVRAVIT — Op. cit. 982.

7420 a ϑ. D · M ‖ HAVE · CL · 1) BENE · VALEAS ‖ TI · CL · FIRMO · PRN ‖ LEG · III · AVG ‖ VIX · AN · LX ‖ CLAVDIA · RVFA · CVM ‖ LIBERTIS · ET · HEREDES ‖ EIVS · PATRONO ‖ B · M · F ‖ NAM · MESOLAEVM ‖ ROMAE · IN · PRAEDS ‖ SVIS · EX · HS · L · M · N ‖ FACTVM · EST — l. l. 512.

1) CL*audi*.

7420 a ι. DIS *man*‖RIS · SAC ‖ L · PVRTISI‖VS · FIRMVS ‖ HAST · CVM ‖ PORILIAMAR‖CIANE CON‖IVGE . FECER ‖ L A — l. l. 150.

7420 a κ. (protome viri dextra volumen tenentis) D M ‖ T • FL • VIRILIS 7 LEG II AVG ‖ 7 LEG XX VV • 7 LEG VI VIC ‖ 7 LEG XX VV • 7 LEG III AVG ‖ 7 LEG · III PARTH SEVE ‖ VIIII • HAST • POSTER • 1) VIXIT ANNIS LXX · ‖ STIP XXXXV LOLLIA ‖ BODICCA CONIVX ‖ ET FLAVI VICTOR ET ‖ VICTORINVS FILI • ‖ HEREDES • EX • SI ‖ ICC 2) N FACIENDVM ‖ CVRAVER • — l. l. 653.

1) *nonus hastatus posterior*, recte R.; cf. Marquardt, *R. Alterthk.* III, 2 p. 281. 2) *mille ducentis*, R. — Hinc corrige, quae ad n. 3452 adnotavi.

7420 a λ. *d* M *s* ‖ *m* · AVRELIVS A*man*‖DVS 7 LEG III A*ug* ‖ HIC SITVS E*st* ‖ T · FIL · EX · DEC ‖ EQ · SING · IMP 1) ‖ VIX · ANNIS · XLV ‖ HEREDES EIVS ‖ *au*RELIVS AMANDV*s* ‖ *e*T

AVRELIVS GEN‖TILIS 7 LEG EIVS‖DEM FACERE ‖ CVRAVERVNT ‖ EX · SS · II · MIL ‖ N — I. I. 387; supplementa sunt Renieri.

1) Amandus igitur *ex decurione equitum singularium* factus est centurio legionarius; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 25 et Or. 3592.

7420 a μ. D M S ‖ L CORNELIO ‖ CATONI 7 LEG III AVG ‖ QVI ET CALIGATVS ‖ STP XIIII M [1]) CORNEL ‖ CATO E ARASSVS FILI ‖ · · · · · · · ATRVM — I. I. 544.

1) *Meruit*, R. Cf. 1646. 3868.

§ 3. adde inscriptiones sequentes Lambaesitanas:

7420 a ν. D M S ‖ M CORNELIVS FESTVS ‖ MIL LEG III AVG ‖ ARCHITECTVS VIC‖SIT ANNIS XXX — I. I. 547.

7420 a ξ. · · · · · · · · ‖ L · IVLIVS · PRIM*us* ‖ SIG · [1]) LEG · III · A*ug*. ‖ L · FVRNASI*us* ‖ ASCLEPIADES ‖ ARM · CVS · [2]) LEG · EIV*sd* ‖ HEREDES · EIV*s* ‖ FECERV*nt* — I. I. 793.

1) SIG*nifer*. 2) ARM*orum* CVS*tos*. — Idem officium alio modo scriptum habes in his titulis:

7420 a o. D M S ‖ C IVLIVS PROCV‖LVS VIXIT ANNIS XXV ‖ C IVLIVS MARTIALIS ‖ ARMORVM C ‖ LEG III A FRATRI ‖ KARISSIMO — I. I. 777.

7420 a π. D M ‖ C CORNELI‖VS PIETAS ‖ ARMORVM ‖ LEG · III · AVG ‖ VIXIT A XXXXV ‖ PIVS FRATER FE‖CIT — I. I. 556.

7420 a ρ. D M ‖ CLODIA LACAENA ‖ VIX · AN · LIIII ‖ L · CLODIVS · FORTVNTVS ‖ ARMO · LEG · III · AVG ‖ L · CLODIVS · SATVRNINVS ‖ 7 COH · I · FL · EQ ‖ L · CLODIVS · CRESCENS ‖ MIL · LEG · III · AVG ‖ CLODIA · VITALIS · FILI ‖ MATRI KARISSIMAE ‖ · · · · · · · · · · · · · · · ‖ CLODI · · · · · · [1]) LEG · III · AVG ‖ FECER*unt* — I. I. 514.

1) *coniugi l. clodius* CLOD*ianus vel* cet. R., quod minus placet.

7420 a σ. D M S ‖ P EGNATIVS ‖ DONATVS CANDI‖DATVS LEG III AVG [1]) ‖ FECIT CONIV‖X MARITO ‖ MERENTI VIX ‖ AN XXXXV ∙ — I. I. 603.

1) Hinc corrige, quae ad Or. 3514 adnotavi.

7420 a τ. M AQVILVS ‖ M F ANIES ‖ PROCVLVS ‖ ARIMIN ‖ COMMENTAR [1]) ‖ VIX AN XXVII ‖ HIC SITVS EST — I. I. 343.

1) COMMENTAR*iensis*; cf. 3487. cet.

7420 a υ. D M S ‖ IVLIA VRBA‖NA · V · A · XXIII ‖ IVL · QVIETVS ‖ A · C · [1]) CVM · FIL ‖ IVLIA VITA‖LIS ET IVLIVS ‖ QVIETIANVS ‖ MATRI M F — I. I. 799.

1) A *Commentariis*, R. recte, credo.

7420 a φ. D M S ‖ HERENNIVS ‖ VICTORINVS ‖ DISC · EQQ · [1]) LEG · III · AVG · VIXIT ‖ ANN · XXVII ‖ H · S · E — I. I. 701.

1) DISC*ens* EQ*uitum*, R.

7420 a χ. · · · · IAL · · · ‖ · · · · · LET LEG ‖ III AVG GALLIE‖-

NAE · AEMILI‖VS FLORVS BF · ‖ DOMICVRIVS[1]) ‖ EIVS · PATRONO ‖ *pr*AESTANTIS — l. l. 260.

1) Quamquam *domicurii* officium privatum esse apparet, iutae militaria tamen posui, quia *beneficiarius* apud legatam vel alium principalem eo fuuctus est.

7420 a ψ. D M S ‖ L · ANTONIO ‖ SATVRO ‖ HARVS · [1]) LEG · ‖ FLAVI · GEME‖LINA MARITO ‖ DVLCISSIMO ‖ FECIT — l. l. 326.

1) HARVS*pici*, R ; cf. 6792 a.

7420 a ω. D M S ‖ C · MANILIVS SA‖TVRVS IMM[1]) LEG III ‖ AVG · V · AN XXX AELIA ‖ MAXIMA CONIVGI ‖ ET MANILIA SATVR‖NINA FILIA EIVS ‖ KARISSIMO FECE‖RVNT — l. l. 960, et:

7420 a αα. D · M ‖ FLAVIAE VIC‖TORIAE CONIV‖GI · RARISSIMAE ‖ VIXIT · AN · XXXIII ‖ IVLIVS · EXTRCATVS ‖ IMMV · [1]) LEG III AVG · P · V · EX ‖ PRAECEPTO · PIVS · PAREN‖TIBVS · FECIT — l. l. 743.

1) IMMV*nis*, R.

7420 a ββ. D M S ‖ LOLLIVS VIC‖TOR LIBRATOR[1]) ‖ LEG · III · AVG ‖ STIPENDIOR ‖ XI ANN XXXIII ‖ MAT · F · F · CAR — l. l. 926.

1) Cf. 3493. Hinc patet unta LIBR simpliciter posita in legionibus LIBR*atorem* non minus bene quam LIBR*arium* indicari posse, ut Renierius vult in titulo sequenti.

7420 a γγ. D M S ‖ M · HOSIDI*us* ‖ GETA VIXIT AN‖NIS LXXVIII HO‖SIDIVS FELICISSI‖MVS LIBR LEG III AVG ‖ PATRI PIISSIMO FEC — l. l. 708.

7420 a δδ. D M ‖ T · FL · ONE‖SIPHORO ‖ MED[1]) LEG III AVG ‖ AEMILIVS FE‖LIX SCRI[2]) — l. l. 641.

1) *Medicus*, R. 2) SCRI*psit*, R.

7420 a εε. D M S ‖ P · AELIO · P · F ‖ CRESCENTIANO ‖ NOTARIO · LEGAT[1]) ‖ IN OFFICIO IVVENA‖LIS PRAEF · PRAETORI ‖ DEFVNCTO VIXIT ‖ ANNIS VIGINTI DVO ‖ ET MILITAVIT AN IIII ‖ AELIA PROCESSA ‖ MATER FILIO ‖ INNOCENTI — l. l. 204.

1) i. e. legionis III Aug.

7420 a ζζ. D M S ‖ Q BAEBIVS ‖ IANVARIVS ‖ PEC · [1]) LEG · V · A ‖ XXXIIII · M · VII ‖ CAECILIA FAVSTA CONIVGI ‖ ET BAEBIAE FAVSTINA CAECILIA ‖ PATRI HER · FEC — l. l. 423, et:

7420 a ηη. D M S ‖ C · CAELIO SA‖TVRNINO ML ‖ LEG III AVG VIX ‖ AN XL AELIVS S*u*‖RVS PQ[1]) LEG EIV*sd* ‖ MVN[2]) E IER F*ecit* — l. l. 465.

1) PEC*uarius*, PeQ*uarius*, R. 2) MVN*iceps*, id.

Ad *familiam rationis castrensis* pertinent hae inscriptiones Lambaesitanae:

